

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Gottfried Kotzer

**Paradisoscopia, seu Tractatus Philologico-Historicus : Tam ex Sacris Literis,
quam etiam ex Probatissimis Scriptoribus Paradisi Terrestris Ortum, Situm,
Formam & Finem, distinctis sub Capitibus proponens**

Rostochi[i]: Wepplingius, 1694

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746628412>

Druck Freier  Zugang





2 — 21
Dec. Pr. 128 p. Elench.
98 p. Ephemeris
Pr. 88 p.
Dec. Pr. Ind. 413 p.

o/f

F.C. 4061' - 33,

ca.



PARADI- SOSCOPIA,

sciu

TRACTATUS

PHILOLOGICO - HISTORICUS;
Tām ex Sacris Literis, qvām
etiam ex Probatissimis Scriptoribus

PARADISI TERRESTRIS

Ortum, Situm, Formam &
Finem, distinctis sub Capitibus
proponens.

A U T O R E

GOTHOFREDO
KOTZERO, Ged.

P.L.C.S.S.Theol. Stud.

RostochI,

Typis JOH. WEPPLINGII,
Univ. Typogr. A. 1694.

VIRIS

Summè Reverendis, Magnificis,
Excellentissimis, Amplissimis, Clarissimis,
Doctissimis
DOMINIS
SENIORI.
VICE - SENIORI,
PASTORIBUS,
DIACONIS, UT ET
RELIQVIS SYMMISTIS
REGIAE CIVITATIS GEDANENSIS,
DOMINIS, PATRONIS MAGNIS
FAUTORIBUS VENERANDIS

Spiritum S. ☩

juxtim ac

Benedictionem supernam

Victore Paschali Gloriosissimō,
vero Pacis Restauratore
JESU CHRISTO
apprecio.

VIRI

Summè Reverendi, Magnifici, Excellentissimi,
Amplissimi, Clarissimi,

Doctissimi

DOMINI, PATRONI MAGNI,

Fautores Venerandi.

Tempore, qvō Universus Christianorum orbis Festum Resurrectionis Christi Gloriæ celebrat, maximoperè gaudendum, ac jubilò utendum. Victore enim Gloriosissimus Christus surrexit, qui te nobis omnibus probat esse Regem bonum, pro salute populi sui debelavit (1) Infernales Enakim ac Amalekitas sagittis Mortis ac Passionis suæ transfixit. (2) Quantane victoriae in morte deportatae amplitudo erat Simlonis, qui magnam Philistæorum turbam pessum dedit? (3.) Sic quoque Christus moriens ferale Diaboli atrium confregit, omnesq; hostes suos ac nostros lethaliter concuslit. (4.) Qvamvis

In cruce vita gerit: magè quod mirabere, dicam,

Mors moritur. mors em mortua vita vorat.

Neque extinxit tantum, verum expoliavit etiam, quidquid? & triumphum de eis egit. Nec illum celavit; sed publicavit. Tertiò siquidem die audita sunt tubæ, visa

fulgu-

-
- (1.) Augustinus. I om. 10 Col. 902. a. (2.) Col. II. 15. Conf. B.
Dñ D. Joh. Bottacci Theologi qvondam Gedanensis
Céleberrimi Moral. Ged. p. 207. lub Tit. Christus.
(3.) Jud. XVI. 30. Conf. Josephus de Antiqu. Judaic.
Lib. 5. Cap. 10. subversis, inquit, cum Fanô columnis tria
millia hominum sunt extirpata. (4.) 2 Tim. I. 10. Es. LIII.
12. Conf. M. Balthas. Harranift. Christolog. Evangel.
in cap. XXIII. Luc. pag. 429.

fulgura, clangor tubæ ac fulmina audita. Milites aliqui, timore ferme necati Christum redivivum juxtim cum Mortuis resurgentibus tesserunt. Ita reddit illa mens, reddit victrix gloriae luæ splendore, quasi purissimis vestibus amicta, innumeris Angelorum Beatorumq; Civium choris septa, quorum alii Triumphos Victori canunt, alii gaudiosas Chorreas ducunt; alii palmas quin & lauros praferunt; alii vero jucundissimam florum cœlestium masam plenis manibus inspergunt.

Quantus olim apud Romanos deportata victoriæ Victori exstiterit Honor, Scriptores Actorum Romanorum observarunt. (5.) Huc omnino Arcus illi Triumphales Marmorei, quos Lumen illud Academæ Hasso-Schaumburgicæ fulgidissimum, dum vivebat, Michael Watsonius S. S. Theol. D. & Prof. Publ. qui post beatam avitatem adhuc universo Orbi literato ob Scripta yngriæ orthodoxa innotescit, e Pancirolli ac Salmuthi Libris de Rebus Memorabilibus descriptos sistit, tendunt. (6.) Sed valeat ejusmodi Victorum & Romanorum & aliorum populorum luxuria! Quid autem sibi volunt obelisci? quid pyramides? quid & Epitaphia? numne Defunctorum referunt Acta? Nobile equidem Epitaphium fuit Imperatoris post Mortalium memoriam Fortissimi, Alexandri Magni: ASIAM. ET. EURO-

(5) conferantur Pomponius Lætus Histor. Rom. Lib. 2. Flavius Blondus Lib. 10. Rom. Triumphant. Alexander ab Alexandro Lib. 1. Genial. dier. Lib. 1. Cap. 22. & 6. Cap. 6. Joh. Baptist. Caselius Libro dell'Urbis & Imperii splendore part I.p. 173. Onuphrius Panvinius! specul. Tract. de Triumphô. Polydorus Virgilius de Rer. Invent. Lib. 2. Cap. 16. (6) vid Cl. Dn. D. Watsonii Theatr. var. Rer. part. I. Tit. XXVIII, XXXIX, &c. XX, p. 34.

EUROPAM. DEVICIT. Illo Nobilis Populi Irae.
litici Ducijs Iosuæ: SOLEM. STARE. FECIT. Horum
verò omnium Nobilissimum Victoris Diaboli Mundi &
Mortis Optimi Maximi, Christi Iesu: SURREXIT. Qvod
profecto nulli Mortalium unquam contigit. Nam La-
pidem ille statim permeavit, nec ejus subtilitati Marmo-
ris soliditas restituit.

Communis Theologorum canon est, qvem ex Hippo-
neniū Episcopo, Augustinō (7) adducunt: *Novum*
Testamentum in Veteri latet. V.T. in Novo patet. Latuit
omnino tanquam in velamine triplici (a) Promissionum
scilicet divinarum (8.) deinde (9.) prædictionum rerum
futurarum, (9.) Et denique (y) Typorum ac figura-
rum, (10.) Nihilo tamen minus patet V.T. in Novo. Ete-
niam pari gratiā temper Divina apparuit Gratia. Ut autem
jam nihil dicam de Christo, qvitoius Scripturæ centrum
ac Caput est, iudice Hieronymo, (11.) Hujus Nativitas,
Passio, Mors, Resurrectio, Ascensio in cælos in V.T. sub
sacrificiorum involucris & Prophetarum vaticiniis latuit,
usque dum in N.T. oculis omnium clarissime fuerunt ex-
posita. Unum certè idem que esto judicium de Horto
Paschali; siquidem & iste in V.T. sub certò quodam
typo latuit, qui in N.T. in medium agmen clarumq; aspe-
ctum fuit prolatum. Hortum nempe, puto Edenis
famigeratissimum, Paradisum. Hic Typus erat Horti
paschalis tres scilicet ob rationes (a) colloqvi Angelici;

(B) Au-

(7.) Augnstinus Qv.73. in Exod & Lib. XV. Faust. cap. 4.

(8.) Gen. III. 15. (9) Act. X. 43. Conf. Irenæum Lib. IV.

cap. 43. (10.) Ebr. X. 1. Conf. Binchius Mellif. Theol.

Part. III. Loc. XIV. Cap. III. pag 5. (11.) Epistol. ad

Algas Q. II.

(β) fluminum; & (γ) Terræ nascientium. (12.) Qvōd, ne
phaleratis nimium verbis tedium generem, brevibus
expediam.

Hortus ille Edenis Par adisus typus erat Horii Paschalis,
in quo Christus à Morte ut Victor surrexit, idq; ut dixi-
mus (α) ratione Colloqui Angelici. Qvemadmodum enim
in horto paradisiaeo colloquium inter Angelum & Mul-
ierem instituebatur; ita &c in paschali, hoc tamen di-
scrimine: ibi malus Angelus per serpentem verum
ac naturalem; (13.) hic autem Angelus bonus, man-
data Dei expediens (14.) locutus: ibi Eva adhuc pro-
ba atque innocens; hic vero Mulieres peccatrices,
quarum non minoris erat nominis Maria Magdale-
na; (15.) Ibi Angelus a verbo Dei veritatisque trami-
te seducebat: *Cār, inquit praecepit vobis Deus, ut*
non comedereis ex omni ligno Paradisi; (16.) hic au-
tem Angelus ad verba Christi adducebat: *ut vobis*
dixie. (17.) Ibi mulier Virum denique seducit; hic mu-
lier Petrum & Johannem in viam veritatis deducit:
ibi severissima Justissimj Dei vox insequebatur; *Adam*
abi es? (18.) quidqvōd & justa ob scelus patratum ma-
ledictio; (19.) sed hic grata consolatio Domini audie-
batur: *Mulier quid ploras, quem queris?* ibi fugi-
unt Adam & Eva, seqve abscondunt; hic custodes
perterfacti in urbem cursu qvām celerrimē ten-
dunt: ibi, qvām mox vocem Dei audiunt, fugiunt;
hic verd qvām mox Maria Magdalena, & postmo-
dum

(12.) Conf. B.Dn. D.Pauli Röberi Zeit-Predigten pag.
243. (13.) vide ipsum Tract. nostrum Cap. IV. §.
IX. p. 70. (14.) Psalm. CIII. 20. (15.) Luc. VII. 37.
(16.) Gen. III. 1. (17.) Marc. XVI. 7; (18.) Gen. III.
9. (19.) v. 16. -- 19.

dum Discipuli Dominum audient, de toto pectori
gaudent: (20.) ibi Mulier manum, quod fructus vetitos
carperet, extendit; hic Matronæ pientissimæ manus
suas, quod celebrem vitæ Arborem Christum tangant,
extendunt ibi flammis fulgurei, ceu gladiis hinc indevi-
bratis Cherubim (21) è Paradiso Protoplastos expellebat,
hic contrâ verbis quam lavavissimis Mulieres plorantes
Dominumque suum quærentes excipiebat Angelus.
Porro Hortus ille Paradisi typus erat Horti paschalisi
(22) ratione fluminum. Ibi quatuor ex uno fonte flu-
mina oriebantur; hic, in Horto scilicet Paschali Fons
aque vive (22) uberrimus ac saluberrimus in quatuor
rivulos brachiorum puta & pedum, aquam Gratia &
Bonitatis præbentes sese diffundit. (23.) Qui, sivim ac
efficaciam intueamur, perpetuò fluunt. Siquidem
Fons est vita salientis in vitam æternam. (24.) Quidquid
Teste Famigeratissimô Gentium Doctore, Paulô (25)
autem Iudas super apocryphas eteogenykas dicit
et, ut in diversis cronicis est de genere Ezechieli.
Denique Hortus ille Edenis typus erat Horti paschalisi
(26) ratione erræ nascientium. Quemadmodum enim
ibi Arbores aspectu nitidissimæ erant, fructu ac
etu lavavissimæ; ita & hic Arbor illa Mosis, quæ aquam
amarum dulcabit. (26.) Plorantem enim Mariam Mag-
dalenam, curploras? querit; hic virga illa Aaroni-
ca

-
- (20.) Luc. XXIV. 32. (21.) Gen. III. 24. Conf. Magnif.
Dn. D. Augusti Pfeifferi Dubia Vexata Cent. I.
Loc. X. pag. 32. B.Dn. D. Galovius Commentar
h.l. pag. 441. (22) Apoc. XXII. 1. (23.) El. XII. 3. Jer.
II. 13. Co nf. M.B. Haranissi, c.l. in Marc. Cap. XIII.
pag. 254. (24) Joh. IV. 15. (25.) Ebr. X. 12. (26)
Exod. XV. 25.

ca; fructum ferens quam plurimum. (27.) En hic
virga illa Jesse, (28.) quæ fructus fert Remissionis pec-
catorum, vita & salutis æternæ. Quin imo hic est
herba illa Consolationis ex ascensu Christi ad cœlos
orta, nempe Spiritus S. Ⓣ
Optimus, Maxi-
mus. Quo de Poëta haud ignobilis M. Hermannus
Bonnus cecinit:

*Faecundat hic Ecclesiam,
Diversis donis sterilem,,
Consolatur, illuminat,
Et servat conscientias
Adversus Mundum, Satanam,,
Et diræ Mortis impetum.*

Atque ita sole meridiano clarius patet Hortum Ededi-
nis, Paradisum, Horti paschalis fuisse Typum. Ab
horto nobis interitus, ab horto etiam vita & salus. (29)
Prævaricatio in horto commissa, passio in horto coe-
pta ac finita. Diabolus de Protoplatis in horto egit
Triumphum seducendo; Christus non solum de Dia-
bolo; sed & mundo ac Morte gloriose vincendo.
Quorsum vetus illud eanticum in die Resurrectionis
spectat:

*Surrexit Christus Dominus;
Mundi Redemptor unicus;
Surrexit cum victoriâ
Mortis fractâ potentia.*

Sed

(7) Num. XVII.8. (28.) Rom. XV, 22. (29) Conf. Magnif.
Dn. D. Joh. Frid. Scharfii ~~Θεοφάνες~~ Passionis
Histor. in Præfat. (30.) Gen. III. 8.

Sed ad Vos, VIRI Plurimum Reverendi, Excellentissimi atque Clarissimi, me converto. Si quidem cum tanta vestra in me Beneficiorum exstant argumenta, ut, nisi publicè confiterer, omnium omnino ingratissimum me putarem; verum enim vero, quale pro dolor! grati animi in praesentiarum erigam monumentum? De Ulyssे naufragò Horatius refert, quod Phœacum in corcyrà Insulà Regi, Alcinoo, nihil nisi vota pro tantis in ipsum meritis rependere potuerit, quæ tamen ipsi fuere gratissima; sic mecum se res habet. Novi tamen & ego, ipsis Diis haud raro & farre pio misere saliente ab iis factum, qvippe qvibus per inopiam thure ac mero supplicare non fuit integrum. Offero itaque ac libo Vobis, Patroni Devenerandi, hanc Paradisoscopiam meam, quæ omnem a benevolentia vestra exspectat Triumphum. Tantorum itaq; Viatorum splendore stipatus, indubitatam mihi pollicebor victoriam. Invicta stat Veritas. Evidem

Scripta cupit, credo, sed rodere dente Theonis,

Arrodit famam Zoilus ipse suam.

Spernit Mæonides livorem. Forte Leonis

Corda minas metuunt, parva Lycisca, Tuas.

Agite igitur fronte serena accipite hoc levidens acte-
nue longeque infra Gratiae & Meritorum pleno alveo
in me exundantium molem, positum Monumentum
literarium, certissimam gratæ mentis Arrham ac
Tesseram in mei Studiorumque meorum commenda-
tionem ac promotionem, eum certè in modum, qvō
Lares qvondam, vestibula aut ædium postes auspicatae
Laurus obfederunt. Cœterum æternam ac infinitam

Dei

Dei Opt. Max. Majestatem ex toto pectore supplex rogo, ut Rev. Dignit. Vestr. ad Nominis sui aedificatio-
nem ac Gloriam Ecclesiae sue quam diutissime super-
stites, incolumes atque rebus omnibus florentissimos
conservet, tueatur, & sub onere functionum Vestrarum
gravissimam abunde refocillet, donec tandem die-
rum annorumque satiri curriculum unusquisque suum
felix finiat in Domino, atque ex hoc ergastulo ad
eternum Anapauerium, Paradisum coelestem, san-
guine Christi Beatis partum, perveniat, nosque omnes
olim sub uno Deo ac Domino nostro, Iesu Christo, ante
faciem Jehovah collecti, Civesque coelestis Paradisi esse-
ti, junctis gaudiis, perpetua perficiantur felicitate.

Ita vovet

Refochb.

A.O.R. MDCXCV.
d.XXI.Martii.

Pl. Reverend. Excell,
ut & Claris.
Dignitat. Vestrarum

Observantissimus Culcer

GOTHOFREDUS KOTZERUS,
Gedanô-Borussus Poet.Laureat.Cæsar.
SS. Theol. Stud,

**EPISTOLA
AD BENEVOLUM LECTOREM.**

DEUS T. O. M. qui nostra est Sapientia,
Sapiens Veritas, vera Charitas, Chara Felicitas,
nobis omnibus benignè largiatur supernam Sapienti-
am, cœlestem Veritatem, ferventem Charitatem, peren-
nem Felicitatem; ut sic porrò illuminemur sapientiæ,
sanctificemur veritate, condecoremur charitate, glori-
ficemur felicitate. Præteritum cum sine sapientiæ o-
mnis conatus sit irritus, sine veritate omnis doctrina
frustranea, sine charitate omne donum vanum, sine
felicitate omnis labor inanis. Et certè nil dignius
sapientiæ, nil fortius veritate, nil diuturnius charitate,
nil salutarius felicitate. Sapientia, teste Aristotele, est
principalis Virtus intellectualis, cuius atriensis ipsa
est Prudentia: Veritas, ajente Hieronymo, ligari
potest, sed vinci non potest; Charitas Docente Aposto-
lo durabit quando & fides & spes cessabit. Felicitas
definiente Boëthio, cuncta in se continet bona. Proin
omnes debemus sapientiam venerari, veritatem secta-
ri, Charitatem exsulari, felicitatem desiderare. Hæc
quoque individuò nexus inter se cohærent. Cum
enim Sapientia sit habitus semper verus, Veritatem si-
bi semper conjunctam habet: Veritas autem cum se-
cundum Pietatem dicatur esse Tit. I. c. I. v. Pietatis au-
tem compendium sit Charitas; hinc Veritas & Char-
itas sororiò vinculò inter se continentur. Charitatis
autem præmium est felicitas hujus & futurae vitæ;
propterea hæc duo se mutuo conseqvuntur. Quan-
topere celebratur Salomon ob Sapientiam, Elias ob
Veritatem, Moses ob Charitatem, David ob felicita-
tem. Præ ceteris Primus Homo conspicuus fuit splem-

Dore Sapientia decore Veritatis, fervore Charitatis,
fulgore felicitatis. Imò si unō nomine omnia quis
indigitare velit, ultimò poterit exprimere titulō sci-
licet felicitatis. Magna fuit primi Hominis felicitas
externa, major interna, maxima æterna. Magna felici-
tas externa, quæ consistebat in Gratia Dei erga ipsum,
societate Angelorum bonorum cum ipso, & Dominio
Creaturarum sub ipso. Major felicitas interna, qvæ
tria præcipue complectebatur, Sapientiam in intelle-
ctu, Justitiam in appetitu, morborum & mortis immu-
nitatem in Corpore. Maxima felicitas æterna, ad quam
Primus homo, qvia justus fuit, jus quoque habuit; ve-
rum nondum plenum aut proximum, nec absolutum
nec immutabile, sed sub conditione perleverantia in
concreta Justitia, & mediante obedientia liberā in
vitâ terrenâ præstanda. Ad externam felicitatem pri-
mi Hominis multum faciebat possessio Horti in Eden
ceu delicioſissimi & tūm aëris ac cœli temperie, tūm
fructuum abundantia & salubritate, tūm fluentorum
hortum irrigantium commoditate amoenissimi. De
Nominē & Fine, Loco & Situ, Quantitate & Qualitate
variae admodum sunt sententia, quas Præcellens
DN. GOTHOFREDUS KOTZERUS,
P. L. C. S. S. Theol. Cand. in præsenti
Dissertatione satis egregiè concinnatâ attigit, addu-
isctcompluribus Autoribus Veteribus & Recentiori-
bus. Scitè Hieronymus Ep. ad Heliod. Epit. Nepot.
Ingenuō pudore, qui ornabat etatem, quid cuius esset,
simpliusciter confitehacur; atque in hunc modum erudi-
zonia gloriam dclinando eruditissimus babeatur. Il-
lud ajebat Tertulliani, istud Cypriani, hoc Lazantii,
illud Hilarii est. Sic Manutius felix, ita Victorinus,
in hunc modum locatus est Arnobius. Multi quidem
multa

multa conscripserunt de Paradiso, sed magis curiosa &
spinosa, quam necessaria & utilia. Magnò numerò
congeruntur dubia & quæsita, quæ iis annumerat Au-
gustinus Lib. 2. de Gratia Christi contra Pelag. & Cœlest.
C. 23. In quibus salvâ fide, quâ Christiani sumus au-
gnoratur, quid verum sit, & sententia definitiva suspen-
ditur, ante aliter, quam est, humana & infirmâ suspicione
conjicitur. Prædictus DN. KOTZERUS re-
flectis variis & otiosis, ea, quæ scitu & lectu sunt digna,
proponit ea propter insigne meretur Encomium
prout hactenus egregiâ Pictate, singulari Honestate
eximiâ Modestia, cæteris Virtutibus, Sacris item Ho-
miliis publico cum applausu habitis amore atque fa-
vorem Optimorum provocavit. Quâ de causâ efflo-
rescentibusejus ad præclara quæq; conatibus constan-
tiâ & à Deo optatissimum successum ex animo since-
rō precor.

Rostochii d. 16. Dec. SIMON HENNING
A. 1693. SS. Theol. Doct. & Templi
Cathedralis Pastor.

Nobili Coronato, Clarissimo

DN. KOTZERO SUO,
à Pictate, Modestia atque Eruditione
Commendatissimo,

S. P. D.

בלא לב ולב

Non est exiguae virtutis, tendere mentem
Plus ultra, & partum condecorare decus.
Talem Leucorides Te nōrunt, Docte Poëta,
Quem studium Eusebies Pan sophiesque juvat.
Gratus uterque labor. Faxit pia gratia Coeli,
Ut Tibi pro meritis commoda grata ferat.
Sic & solari poteris, KOTZERE, laborem,

XV

Qui

Qui tuus in Domino' nullus inanis erit.
Fata viam invenient. Fersan lux postera prodet
Qvod prior ante Tibi visa negare fuit.
Dab. *ad m̄x̄v̄a* Horum in ciuitate recordaberis
Wittenbergæ Brabevia quondam Tui, qui
ē museo paterno Te Bonis omnibus & Literarū
prid. Kal. Novembris Fautorib⁹ optimè commendat
Ann. Aër. Dion. JOH. FRIDER. SCHARFIUS. D.
c̄ 10c xciiii. Comes Palat. Cæsar. & Con-
siliar. Saxon. nec non Fructif.
act Teuton. Societat. Consors.

AD CL. DN. AUCTOREM.

DEscribis nobis Paradisi florida tempe,
Fons ubi quadriguplici flumine misit aquas;
Ver ubi perpetuum fuit, & sine nubibus aër,
Tempe, quæ tenuit primus in orbe Parenſ.
Res ea digna tuis Studiis, queis præmia Phœbus
Constituet, dulci quæ patriæque placent.

Festinanter scrib.

CHRISTIANUS LOKERVITZ,
In Reg. Acad. Gryph. Prof. Extra-Ord.
& Stralæſundi ad D. Nicol.
Ecclesiastes.

SEntit ut hic tandem post tristia fata Gehennam
Impietas cuius pectora cæca trahit.
Sic Paradisiacum post Mortem possidet hortum,
Qui colit arte Pios & Pietate DEUM.
Omnibus hæc hortum breviter dat pagina cultum
Solō quem nutu condidit ipse DEUS.
Volvis & æthereum Paradísum pectore, cuius
Clavis

Clausa malis porta est, ast adaperta Piis;
Mirandus tecum qvò sit maneatque Polarcha;
Auguror, & cœptis adnuat usqve Tuis.

Eruditiissima Dissertationis Clarissimo Dr.
Authori, Poëta Laureato Meritissimo,
LM^z, posuit

M. JOACH. ANDR. POMMERESCHE,
Vice-Plebanus Pastor Gützkoviensium.

¶ Un zeigt Hr. ROTZEN recht der waren Klugheit Zeichen/
So uns des Engels-Hand in Wolken-Saft geprägt
Drumb wird sein steter Ruhm auch niemahls ganz erbleichen/
So lang das Firmament beslomte Körper trägt:
Die Fama äget schon S^EY^N E^OB in Stern-Rubinen/
Weil Er durchs PARADEJS zum Ehren-Zion stiege
Was wunder seinem Ruhm muss GOD und OM^Edienen/
In dem das PARADEJS den guldnen PI^SON zeigt.
Wenn Chloris Vielgen-Hand die Felder pflegt zu mahlen/
Der Floren grünen Sammt mit Silber-Bluhmeu stückt/
Wenn Ros- und Tulipan im schönen Atlas prahlen
So wird es mit dem Wort des PARADEJS beglückt.
Doch diese Freiheit ist der Dichtrey Gesetz:
HERR ROTZER zeigtet uns das rechte PARADEJS
Hie hegt der guldne Strom der Klugheit Himmels-Schäze/
Hier blüht Unsterblichkeit des Ruhmes Ehren-Preis;
Indiesen Garten hat HERR ROTZER sich geweidet/
Und erndtet Perlen ein zu seinem Tugend-Bohn.
Ich sehe wie die Hand Minerva Blumen schneidet/
Der PI^SON reichtet GOD und OM^E zu der Krohn.
Mich macht die Schuldigkeit Sein Ehren-Lob zu mehren
Wer aber flosset mir der Reimen Balsam ein?
Ich wil mit Weyrauch Ihn der schlechten Zeilen ehren;
Dies' soll ein Opfer-Dienst der freuen Freundschaft seyn.
Dieses wenige hat dem Wohlgelehrten Herrn-Autoris
von Wittenberg nach Rostock eiligt doch willigst
übersenden wollen.

M. MELCHIOR CHRISTOPHORUS LUTHER,
von Mitau aus Semgallen,

Ergone

Ergo Te foliis idē brevioribus ornem.
Cum, KOTZERE, bonō brevitatis nomen ab Heber*
Traditur hocce tuum? Non! Sanē uberrima messis
Heic potius laudis pandit se Major Abollā,
Ut, mihi si cunctis se sensibus implicet ingens
Mesonides, talem dignō celebrare Cothurnō
Vix valeam. Sincerō igitur tu corde poēma
Accipe deductum, brē sic licet, Optume Faustor!
Abs tali cuius nondum sunt cincta Poetarum
Insigni, iussu Patarzī, tempora lauri.
Ausonias lingas, mysteria pansa Pelasgæ,
Hauſtī Gedani. Pōst blando Leucorū alta
Te complexa ſinu, nunq̄am tacitura triumphum
Spectatum. Tandem Te Rosea rura Minervæ
Allexere aded ut Traditum materiamque
Hortō feligres noſtro conſcribere Docte;
Qvæ fuerit qvondam facies Horti Paradisi.
Vidimus his ſolidæ Doctrinæ fundamenta
Consaline, tuꝝ, tenūs hac qvæ facta fuere,
Gratianus totuſtantis de pectora cœptis
Haut tua vita brevis sed longa precor fit & opto;
Atq̄ue locetur Honosibi quo ſol exerit ortum,
Qvoque ſub occasum rurus ſe condit in undas.
Cecinic his paucis vovit mea Musa Patrono.
**Hebraeorum יְמִינָה 'Eig ēwok'īav יְמִינָה ēwənq̄uorīas*
ad יְמִינָה brevitatem apponere voluit
significat.

GEORGIUS Westphall
S. Th. Stud: V Varenā-Megaphon

Fallimur? an ſuperat Tua bis Sapientia vulgum?
Qvam vult, dum posset, noſtra Thalia loqui.
Ardorem nimium, qvo flagras, qvippe docemur,
Dum Paradiſiacum Doctior edis opus.
Pierias ſedes meritò conſcendis, & ultrō
Conatus Muſe Teque Tuosque canunt,
Per diversa ruat ſinuofe litora terra
Laus tua, per mundi pectora lata volet.
Quibus ſinceram conſteſtans amicitiam Eruditissimo
ac Politifimo Dn. Autori applaudere voluit.
PETRUS BECKER. Rostoch. S.S. Thol. Stud.



Q. D. B. V.

PARADISOSCOPIA PROOEMIUM.

Qvanta Protoplasis qvondam fu-
erit Felicitas, ubi Paradisi Hortus,
qvem qvoad illa Pacis & Concordiae
lux serenabat, & plenus ipse amoenitatis divi-
tiarumque omnium penus erat, donec insidiae
serpentis nebulas ferales intendere, in pro-
patulo est. Felicitas etenim Illorum non
tantummodo ex conditione *Anime*, quippe
qvæ sapiens & sancta fuit; & *Corporis*, qvod
pulchrum, impassibile & immortale fuit; ve-
rūm ex *Domicili* qvoque conditione, utpote
qvod ipse amoenissimus Paradisus erat, elu-
cebat. Atq; ita Felicitas illorum tam interna,
quod nempe ad imaginem DEI conditi;
quam externa, quod Possessores erant tanti
Domicilii, & Dominium in omnia & singula
animalia, quid? quod in universum terrarum
orbem habebant, fuit. At, o Diaboli μισθούποντες invidia! utinam persuationibus sub spe-
cie serpentis ad peccandum Protoplastos non

A

inci-

(2)

incitasset; vel illi serpentis monitum non acceptassent! Hinc dolor; hinc lachrymæ! & sibi, & posteris!

Sentit adhuc proles quod commisere Parentes.
Cùm autem præteriorum Memoria haud sit injucunda, operæ prætium & nos in præsentiarum esse facturos, minimè dubitamus, si PARADISOSCOPIAM quoad genuinas Circumstantias consideraverimus, atque diversas diuersorum Autorum Opiniones eā, quā decet, & par est modestiā examinaverimus. Arduum equidem suscipimus negotium, humeris nostris fermè impar, Animis spectandum exponere allaboramus. Hortus Paradisi profectò aditu difficilis est ob ea, quæ varie de eō disquirenda veniunt, quorum singulis ac omnibus pares nos futuros minimè auguramur, quam ob rem sub limine statim veniam speramus, sicubi in tenebris illis, quibus hoc Thema circumdatum est, rem non omnium omnino Palato exhibuerimus consonam. Quicquid interea speciminis est, suscipe Lector Benigne, si bonum, proba; sin malum, tuā excellentiori crisi compensa; nobis tamen studiisque nostris favē. Ut autem *καὶ τίχη* progrediamur, Sectiones duas, quarum prima erit Onomatologica, & Nominalia exponet; altera verò Pragmatologica, & Realia distinctis sub Capitibus tractabit, præmissò summario, constituamus. Quò verò Propositum nostrum feliciter incipiat; felicius progrediat, felicissimè denique finiatur ex inti-

me

(3)

mō pectore DEUM, sine cuius Numine nihil
est in homine Joh.XV. 6. verbis S.Dioscori, Pa-
triarchæ Alexandrini, ingemiscimus: Domine
Deus, qui antequam expanderentur cœli, Sancte-
quam appareret flos aridae, & antequam germina-
ren herbae, fuisti Dominus in Regnō tuō, adis o-
peræ nostræ, illabaris collustratione tuā su-
pernā menti nostræ, & universum hoc, quod
molimur, negotium, ut ad Nominis tui san-
ctissimi Gloriam vergat, clementer dirigas!

Tesine, qui cernis nutantem errare Magistrū
Nullō, quæso Tui precibus largire Ministrī,
Ne cursu quassata ratis, nec turbine venti
Ducatur, clavum teneas & lumina præstes,
Cernat iter felix fluētq; æstuq; secundō,
Ut vētō optatas cursu referatur ad oras!

SECTIO. I. ONOMATOLOGICA.

SUMMARIUM.

1. Existētis qvondam *tina*.
- Paradisi Destructores 7. *Neg. Greca*.
- taxaniur.* 8. *Aut Persica*.
2. Absurda Opinio Rober- 9. *Sive Armenica*.
- ti Flud exponiūr.* 10. *Neg. etiam Arabica*.
3. Vera sentētia adjicitur. 11. *Sed Ebraica*.
4. Traditatus Præsens in 12. Homonymia ostendit
duas sectiones distribu- *qvod vox Paradisi ac-
itur.* *cipiatur (i.) improprie-*
5. Scrutinium originū vo- 13. (z.) *Propriè*.
- cis commendatur.* 14. *Cui ejusdem deniq; sub-
jicitur Synonymia.*
6. Vox Paradisi non est La-

Num Paradisus sub ipsis Mundi nascen-
tis auspiciis extiterit? haud immerito
in quæstione est positum. Dantur
quàm plurimi, qui à veritatis tramite quàm lon-
gissimè aberrant, & Deum nuncquam Paradi-
sum terrestrem plantasse, clamitant. Quos
inter (1) est *Philo Hebreus*, qui, ut Allegoriarum
Autor, primas renet. (2) *Valentinianus Hære-*
siarcha Conf. Irenæus Lib. I. advers. Hæres. cap.
I. (3) *Origenes*, qui Lib. 4. *τοι ην αρχων: Haud*
fore, inquit, scilicet quenquam ad eò stupidum,
ni Deum prius Agricolam fuisse, & Arbores plan-
tasse in Paradiso. Allegoricè potius per Paradisum,
illud Pauli Gymnasium, in quô Theologiam suam
edocitus ipse fuerat, intelligendum esse; per flumi-
na supra cœlestes aquas, per Arbores verò Angelicæ
Virtutes. Conf. Epiphanius in Epist. ad
Joh. Hierosol. Chrysostomus Homil. 13, in Gen.
Hieronymus in Daniel. 10. & Epist. ad Pammachium.
Eiusdem Opinoris quoq; fuere
(4) *Seleuciani & Hermiani. Vid. Augustinus de Hæres. cap. 59. Nec alienus ab hoc errore*
fuit (5) Basilius, quô cum ὁμόψηφος est (6)
Ambroſius, utpote qui multa ex Basili sermo-
ne de Paradiso & Homiliis de opere sex die-
rum insuum, de Paradiso & Hexameron, li-
brum transcripsit, notante Cl. Dn. Georg. Zeß-
manno Tract. de Gratiâ Prim. Hom. Cap. XIII.
Artic. IV. pag. 267. His denique modo alle-
gatis à quibusdam (7) Franciscus Georgius Vene-
tus adjungitur, teste Sixto Senensi Lib. V. Bi-
blioth.

§(5)

blioth. Patr. Annot. XXXIV. pag. 425. quem
tamen Bonfrerius excusatum vult in Cap. II.
Gen. pag. 115.

§. II. Nec minoris est absurditatis o-
pinio, quam Robertus Flud, sive de Flucti-
bus, (qui alias nomine per literarum ~~membris~~
facto dictus Rudolfus Otreb) in Tractatu
Theol. ad Fratr. Rosex Cruc. Lib. 1. de Vitâ
cap. 9. habuit, ubi somniat: *Deum terrestrem*
quendam Paradisum condidisse, qui tempore tam ex-
iguô homini in usum cedere debuerit, ut suô modô,
hoc est, optimè Celeberrimus Wittebergen-
sis Academiac Orator & Senior, Imperialis
itidem Curiosorum Leopoldinæ Collega Gra-
vissimus Dn. Georgius Kirchmayerus, Præ-
ceptor noster καὶ τεος τὰ ἔγαμα observandus,
in dissert. de Paradiso Cap. I. §. VII. p. 8. annotat.
Conferatur etiam Cl. Dn. M. Michaël Hoyno-
vius in Dissert. de Paradiso Regiomonti Bo-
russorum A. 1684. Mens. Nov. habitâ §. IV.

§. III. Sed valeant insulsæ illæ opini-
onum phalanges, nos potiori jure sacro Co-
dici præbeamus sequelam, quippe qui verbis
sole meridianò Clarioribus Paradisi quondam
Existentiam non corporalem tantum; sed in
orbe terrarum habitabilem etiam, quoad o-
mnes circumstantias nobis exhibet. *Hoc enim*
ipsa Moysi Narratio evidenter demonstrat, quâ
Paradisus adeò articulatum & accurate describitur,
ut manifestè appareat, veram proponi Historiam,
qua, ut verba sonant, intelligi debeat, inquit Zec-
A manus

A
manus

manus c.l.pag.270. Unde igitur, meò quidem
iudicio, nemo, qvòd Paradisus quondam non
exstiterit, inficias iturus, nisi appositorum
forsitan laboret, nec adeò, juxta satyricorum
Principis, Juvenalis effatum, sit

— — — mens sana in corpore sano.

§. IV. Thema verò præsens, cum, te-
nore effati Pythagorici, extra viam publicam
non sit gradendum, qvod spectat, in duas di-
spescimus Sectiones. Harum prima Thema-
tis οὐογενῆς seu Nominis definitionem
& Explicationem; altera verò Πραγματολογίας
seu Rei definitionem vel potius descriptio-
nem sistit. Sed hic circa Sectionem Priorem
occupati sumus, quæ οὐοματολογίας proponit.
Hæc autem absolvitur ἐπιμολοχίᾳ, οὐοματίᾳ,
& denique Συνωνυμίᾳ. Sed de qualibet parte
jam in specie sumus acturi.

§. V. Consensu omnium Philosopho-
rum firmatum est vagatisimum illud tritum:
τὸ τὸ ἔρθρας διδάσκειν, δέ τι πεῖται εἰς τούτην
τὴν ἀνάμετρα. Huc etiam celeberrimi Medico-
rum Coriphæi, Galeni de Meth. Med. Cap. 5. di-
ctum tendit: *Principium in omni Disputatione &*
renomen est. Quid? quod & idem cum Philosophorum Principiis, Aristotelis, tūm Jctorum
Phosphori, Ulpiani, quam etiam Romani E-
loquii Autoris, Ciceronis aliorumq; testimo-
niiis, in Disputatione nostrâ de Morte & Statu
Animæ Separatae, Wittebergæ Saxonum hoc
ipso Annō d. XVII. Januarii habitâ, dedimus
de-

demonstratum, unde breviores lineas hac in re ducere nobis licitum est. Cūm itaq; ut patet, Nomina ὀχήματα rerum dici mereantur, à præsenti Tractatione minimè alienum videtur, si, priusquam rem ipsam &, quod dicitur, causæ ἀναρρολησιού aggrediamur, justum nominis Scrutinium eā, quā fieri poterit brevitate, instituamus.

§. VI. Qvā ἔπωμα οὐαζόμενον vocabulūna Paradisiā Diversis diversimodè derivatur. Alphonsus Tostatus Paradisum quasi *Paradīzum Dei vīsum* vocat, profectō ἔπωμα *ca-chynnō dignum!* nullō penitus nūtitur talō, qua propter velut imperitus Geodætes, qui fines ac Terminos regionis Judæorum confundit, rejiciendus.

§. VII. Nec accuratè admodūm, Solertissimus aliàs vocum ille Indagator, Beemannus, de Orig. Lat. Lingv. pag. 797. præsens Paradisi vocabulum deducit, dum illud Græcum esse vult origine, &, cum Svidā, Strabone, Plutarchō, Philostratō atque Polluce, à θεῷ & δέουσι irrigandō, derivavit, ut sit quasi θεοῦ δέουσι sive hortus irriguus. Conf. Perrierius in Comment. in Gen. ad h. l. p. 124. Sunt & nonnulli, qui à θεῷ τινι δεῖσας misericordia ab herbarum collectione deductum rentur. Verum his nostram subscribere sententiam derivationibus, tutum minimè est.

§. VIII. Xenophon Libro i. Cyropa-
dias propugnat, Paradisi vocem natales suos
propriè Persicē debere, quē cum sentit etiam
Julius

Julius Pollux, cuius verba Cl. Dn. M. Hoyno-
vius c. I. §. 1. refert : ὁ θεός τοῦ Βαρβαρικοῦ
τοῦ δοκτῆρος τὸν οὐρανόν, ἣντες ἐγένετον αὐτόν
την ἑλληνικῶν, ὡς καὶ ἡλλήν πολλὰ περιττά.
Hoc est, Paradisi Barbaricum nomen vide-
tur, consuetudine autem in usum Græcum per-
venit, sicuti & multa persica. Lib. 19. onomast.
Cap. 3. Idem sentiunt Hugo Grotius ad Luc.
XXIII. 43. Antonius Bynæus Secrempigter Chri-
stus Cap. XVIII. §. XI. pag. 731. Anton. Thysius,
JC. in Not. ad Coel. Lactant. Firmianum pag.
32. Lib. II. Orou. Sed Græcos à Persis. Per-
fas ab Ebræis mutuò sumissè rectè judicavit
Lexicographus Græcus, Scapula p. 1243.

c. IX. Castello vox Paradisi est Ar-
menica ; verùm haud multò calculò opus
est. Neq; etiam ex hodiernâ lingua Arme-
nicâ ullâ vox in medium proferri potest, quæ
ad vocabulum nostrum quadrat nisi forsitan
verbum *paradrel*, quod, vi significatūs, idem
est, ac Gloriam tribuere, referamus, sed suc-
cessu, ut arbitror, minus secundò. Conf. Ri-
volta Lexic. Armen. pag. 374.

§. X. Hoc de Vocabulō Arabes glo-
riantur, quòd ex suò idiomate sit deprom-
ptum, quibus etiam B.Dn.D.Selneccerus Com-
ment. Gen.p 144. ad stipulatur, notante Geor-
giō Engelmanno in dissert. Philol. de Paradiso
Terrestri Jenæ Mensæ Majo An. 1669 habitâ
Terim. I. §. 3. Verùm usui minimè respon-
dere Magnif. Dn. Jacobus Ludolphus JCtus &
sicuti de aliis Lingvis Orientalibus, ita inpri-
mis

•(9)•

mis de Æthiopicâ Vir oppidô Meritissimus, atque adeò multæ Posteritati, si qvæ multâ serie futura est, laudabiliter cotimemorandus, Lexic. Arab. p. 461.

§. XI. Genuinam deniq; præsentis vocabuli Originem, qvod concernit, ex Ebraicâ lingua illam habet, vox autem פרָרֵס ter in Codice Biblico invenitur, ut (1.) Eccles. II, §. ubi hortum arboribus constitum denotat. (2.) Cant. IV, 13. ubi in primis hortum malorum punicorum significat, & demum (3.) Nehemias II, 8. ubi nomine nemoris venit. Conf. B. Dn. D. Abrahamus Calovius, Doctorum Theologorum Augustanæ Confessionis intra & extra Romanum Imperium, dum viveret, Presbyter Venerabilis, in Commentar. ad h.l. pag. 257. D. Zeæmannus l. c. p. 162. M. Joh. Müllerus in Acerrâ Bibl. Hist. I, pag. 17. Quod si ita est, de qvô amplius nullum esse poterit dubium, neq; planè opus est extra Ebræam in Latinam Græcam, Persicam aliasve præter causam excurrere linguas ad vocis Originem investigandam. Rectissime autem פרָרֵס juxta Leonhardum Marium a פרָרְח fructuosus fuit, fructum edidit, foetavit, foeticavit vid. Cl. Dn. Buxtorfius Lexic. Hebr. p. 613, & בַּרְתָּן myrtus derivatur. Ut ita Hortum Myrtorum significet. De Myrti odore & sapore multa refert Hieronymus Cardanus Lib. 8. Subtil. de Plant. pag. 245. A posteriori igitur myrtus nimirum facta denominatio Paradisi fuit, inquit Cl. Dn. Kirchmayerus c. I. cap. I. §. III. p. 5.

§. XII.

s. XII. Scitum omnino est usum etiam
 Vocabulorum adaptare rebus subjectis, ut
 Grammaticis notum est, alibi aliud significan-
 tium. Quod de Poëmatibus Plutarchus na-
 tione Chæronensis in Librō τῶν θεῶν
 ποιημάτων ἀκάτευτον seu de Audiendis Poëtis,
 (qui forte Platoni Poëtas è civitate eliminan-
 ti oppositus videtur) quondam judicavit, jure
 meritoq; huc trahi potest. Hunc autem in
 modum scribit: Τε πάντα γένη γένους
 μον, εἰ μέλλομεν τὰ τῶν ποιημάτων ἀφεληθῆ-
 σαιδεῖ καὶ μὴ βλαβίσασθε, τὸ γενώσκειν πᾶς τοῖς
 τῶν θεῶν ὁ νόμασιν οἱ τοιντοὶ γένωνται. Καὶ
 πάπορον ποῦτε τῶν ἀπλῶν, η τῶν πολλαχῶς λεζο-
 φύειν δὲ τῷτε αὐτοῖς. Ὅποιοι ἄλλα πολλὰ.
 Hoc est: At verò illud necessarium juxta atq;
 utile, si non datum volumus, sed utilita-
 tem ex Poëmatibus percipere, ut cognitum
 habeamus, quomodo Deorum nominibus
 Poëtæ utantur. Itemque bonorum & malo-
 rum; & quid animæ aut fati vocabulō intel-
 ligī velint: utrum scilicet hæc apud eos unō
 tantum modō, an verò pluribus sumantur,
 cuius generis sunt multa alia. Conf. Heynecci-
 us in Compend. Moral. Part. II. pag. 114.
 Hoc & nos jamjam simus observaturi; pauci-
 simis itaq; Θμωρυμίαι, quæ diversam vocis ex-
 ponit acceptiōnem πραγματεύειν adhuc
 prælibamus. Sumitur autem vocabulum Pa-
 radisi vel propriè; vel impropriè. Impropriè &
 μεταφορικῶς designat Paradisum (1.) Spiritua-
 lem,

lem, quem Bonaventura statum, quietem & amoenitatem deliciarum Spiritualium, vocat, & iste potest esse secundum duplarem Ecclesiæ statum, nempe Militantis & Triumphantis. Ecclesiam verò Fidelium Hortulanus Cœlestis, Christus Jesus plantavit, cuius in mediò, ipse Arborēm vitæ se nobis repræsentat Apoc. II, 7. Hanc fluentis aquæ vivæ, hoc est, Spiritus Sancti irrigatam Joh. VII, 38, 39 fructibusq; spiritualibus Joh. V, 9, fœcundam reddit, quorum omnino spectant elegantissimi de Jesu Christo ipsiusq; Evangelistis rythmi:

Paradisus hic rigatur,
Viret, floret, fœcundatur,
His abundat, his latatur
Quatuor fluminibus.
Fons est Christus; bi sunt rivi,
Fons est altus; bi proclivi,
Ut saporem fontis vivi
Ministrant fidelibus.

(2.) Cœlestem & Gloriosum, quō nomine intelligitur beata Gloriæ sedes; Regnum istud omni famâ majus, omni laude melius, quod an esset? Papa Paulus III. dubitabat. Conf. B Dn. Doct. Affelmannus Rostochiensium Professor quondam Celeberrimus, in Syntagm. Exercit. Acad. Part. II. Exerc. II. pag. 39. §. 6. item vita æterna, visio Deibeatisca vid. Thomas Part. I. Qu. 102. Artic. 1. ut ita Paradisus non sit adiutor; sed virtus. Hujus ianua per peccatum clausa, & per Christi passionem aperia est, in.

inquit Bonaventura... Adamus primus Januam Paradisi peccato obseravit; Adamus vero secundus, Christus illam passione sua relevavit. Fractae itaq; sunt seræ virtute sanguinis Christi, in Arâ Crucis pro nobis largissime effusi, unde etiam latronum alteri moribundus Paraditum promisit: *Hodie, ingviens, mecum eris in Paradiso.* Huc Morientium in Christo cantilena tendit:

In dein' Seite will ich fliehen/
An mein'm bittern Todes-Gang/
Durch dein Wunden will ich ziehen/
Ins Himmliche Vaterlandt/
In das schône Paradeis/
Drein der Schächer thât sein Reiß/
Wirstu mich Herr Christ einführen/
Mit ewiger Klarheit ziehren.

Sanè ~~etiam puro~~ est illud Gersonis p. 4.
Serm. Qv. i. ubi: *Paradisus, inquit, est clare videre Deum à facie ad faciem, eum summe amare, & de visione & amore ejus ineffabiliter letari absq; quâcunq; irvidia, habere perfectam securitatem sic perpetuo permanendi.*
Hic & locus ille est, in quem se abreptum suiq; nescium fuisse fatetur Paulus 2. Cor. XII, 4.
Deniq; (3.) *Artificalem, affabré nempè adornatum, mirificè exornatum figuris scilicet variis.* Cujusmodi Circumforanei instrumento certò huc illuc portari as solent, ceu Valeſius, Sabaudis, Italisque sat notum est.

S. XIII.

§. XIII. Propriè verò per Paradi-
sum hic loci intelligitur Hortus ille amoenissi-
mus nōl ἔξοχον [sic dictus, qui Genesios II, 8-
à Deo plantatus describitur, in qvem Deus
Protoplastos nostros, i. Adamum putà & E-
vam post Creationem posuit, ut in hoc omni
svavitatum genere abundante habitaculo cum
Posteris suis persisterent. Conf. prolixius Cl.
Dn. Kirchmayerus c.I. pag. 5. 6. IV. & V. Mül-
lerus Acerra Bibl. pag. 9.

§. XIV. Ad Συναρμοίαν propero. Hæc
honorificas Paradisi descriptiones tradit. E-
iusmodi autem apud Scriptores tam Latinos,
quam Græcos, tum etiam Ebraicos varii sunt,
ex qvorum cumulò sequentes eligimus. Latini
dicitur (1.) Hortus. Sic enim Isidorus Hi-
spalensis Lib. XIV. Orig. Cap. 3. Paradisi, in-
quit, vocabulum ex Græco in Latinum vertitur Hor-
tus (2.) Vivarium. Vivaria, quæ olim & Ro-
boraria dicta, loca amœnissima oblectationis
gratiâ Persarum Regibus comparata, in quibus
feræ ad Regum venationes servatæ fuerint,
Paradisi salutabantur. Vivaria, quæ nunc vul-
gus dicit, sunt quos ὁ Δεῖος Græci appellant,
inquit A Gellius Lib. II. Cap. 10. (3.) Nemus
Hinc Gregorius Nazianzenus: Nemus, ait, plan-
tatum & frequens arboribus, Paradisum solet vocare
consuetudo. Homil. 9. in Cant. Cantic. Greco-
rum vocabulum νέφην, quod atrium ante ba-
silicam ad deambulandum factum designat,
respondere ὁ Δεῖος scribit Salmasius Part II.
in Solin. p. 12. 16. Huic ὁμόψηφος est Hesy-
chius

chius dum ita scribit: **τηγόδεστρον τίποτες**
φανταστικόν. Johannes Damascenus **τοφεούντες**
τὴν θυμηνὸν αἰσθάνειν παρέειν, Lib: II. de Fed.
 Orthod. Cap. 11. in Textu Ebraicō vocatur
בְּעֵדָה הַתִּירְחָה — Hortus in Eden. **גַּן עֵדָה** verò cum
 Græcorum **ἡδονή**, quod voluptatem & delici-
 as significat, concordat, observante Becman-
 no de Orig. LL. pag. 471. Sed **אֶתְנָרָדָה**
 notamus, quòd vocabulum **גַּן** dupliciter ac-
 cipiatur, cùm ut nomen proprium, tùm ut
 appellativum. Hic verò loci nomen propri-
 um esse omnes circumstantiae quàm suffici-
 entissimè evincunt qvid? qvòd est litera**ג** locu-
 m designat. Conf. B. Dn. Doct. Calovius in
 Comment. ad h. l. pag. 257. & in Critico Bi-
 blicō diatrib. IX. §. XXXIX. pag. 358. D. Fran-
 tzius in orac. p. 20. Friedlibius, in observat.
 Bibl. fol. 6. & D. Glassius Philol. Sacr. Lib. IV.
 Tract. III. Observ. 6 pag. 780. ut nomen pro-
 priū viri filius Joach inveritur 2. Paralip. XXIX,
 12. qvod tamen ad præsens argumentū planè nil
 facit. Vid. Müllerus cl. p. 20. Conf. Sect. II. Cap.
 I. §. XIII. Nemo interea nostrūm inficias
 iturus, locum illum Eden **εγναύκως** seu
 appellativè acceptum, non ab amoenitate seu
 voluptate suo gaudere nomine. Fuit enim lo-
 cus omnium amoenissimus, quod multis de-
 monstrat Moses Barcepha, qui seculō, post
 Christi nativitatem, decimō floruit Episco-
 pius, Commentar. de Parad. Part. 2. Cap. 16. A-
 io nomine vocatur **יְהוּדָה הַרְחָבָה** hortus DEI
 Gen. XIII, 10. Ex Orteli Thesaurō Geogra-
 phicō

phicō Hoynovius c. l. §. i. refert, quod Paradi-
sus modernō tempore Nestorianis dicatur
Malcouth & zabbay; incolis Javæ Bornæiq;
insularum Ha - ja - del - holan, id est, locus vitæ
beatæ; Abyssinis Mitreden. Atq̄e hæc de
Paradisi οὐρανολογία dixisse sufficient.

SECTIO. II. PRAGMATOLOGICA.

CAPUT. I.

De

ORTU PARADISI, SUMMARIUM.

- | | |
|----------------------------|---------------------------|
| 1. Contenta Pragmato- | 14. Majestas Conditoris |
| logiae recensentur, | declaratur. |
| 2. Causa Efficiens descri- | 5. Plantationis Objectum. |
| bitur tam (a) nati- | 6. Ejusdem Tempus. |
| 3. Quam etiam (B.) | 7. item Modus. |
| nata sit. | |

§. I.

Sectionem οὐρανολογικήν, qvæ de No-
minibus egit, Sectio περιγματολογική,
qvæ Realia seu ipsas vocabulo Paradisi si-
gnificatas accuratius explanat, ejusdemq;
distinctis sub capitibus (1.) Ortum (2.) Situm (3.)
Formam, & tandem (4.) Finem considerat,
proximè commodeque excipit. Sed jam cir-
ca ipsius Ortum occupati simus.

§. II. Causa Paradisi Efficiens non
erat

erat (1.) Magnus ille Persarum Rex *Cyrus*, qvō
de Xenophon, qvocum & Cicero referunt,
qvod suā ipsius manu plantaverit hortos, ar-
boresq; posuerit; nec (2.) *Semiramis* cuius hor-
tū penisiem lapideis columnis insistentem, in-
terq; septem Miracula mundi numeratum &
Strabo & Plinius vix satis laudare possunt, conf.
Milius in Horto Philosoph. p. 15. nec etiā (3.) *Sa-*
romo juxtimac (4.) *Inga* Rex in Peru, qvorum
Paradisi quām egregiæ svavitatis fuēre, sed,
si magnificentiam intueamur, adhunc no-
strum plane nihil faciunt. Conf. Erasmus Fran-
cisci Ost. und West. Indianischer Eust. und Staats-
Garte. Nec (5.) Rex Assiriæ ditissimus, *Attalus*, qui
omissā Regni administratione hortos fodiebat,
gramina seminabat, teste Justinō lib. 36.

§. III. Sanctissimus itaq; Deus qui
crebat omnia verbō suo omnipotenti, Horti
hujus Hortulanus est. Sic etenim Moses te-
statur: *Plantavit Dominus Deus Hortum in Eden ab*
orientem. Hinc etiam יְהוָה נִצְחָה hortus Dei nun-
cupatur. Mahomedani fabulis licet sint dedi-
tissimi, neuriq; tamē alium, nisi Deum
Opt. Max. horti hujus Conditorem agnoscent
& celebrant. Conf. Olearius in Itinerar. p. 432.
Qvod autem caula efficiens, ut reliqvarum re-
rum creatarum, ita & Paradisi unica & sola
sit Deus probamus cum Binchiō Mellific. The-
ol. Part. II. Loc. V. de Creat. Cap. II. pag. 3. (1.) *ex*
propriā Articuli Creationis sede Gen. I, 1. & 7. II, 4.
(2.) *ex locorum parallelorum inspectione Job. IX,*
8. *Pf. CXXIV, 8. & CXXXIV, 3. Ec. XLIV, 24.*
& XLV, 6. Jer. X, 11. & XXXII, 17. Actor. IV, 24.
Rom

Rom. XI, 36. i. Cor. VIII, 6. Ebr. III, 4. Tandem
 (3.) ex evidenti ratione. Virtutem enim infi-
 nitam Creatio requirit, Conf. El. XL, 26. XLII.
 6. & XLV, 24.

§. IV. De Majestate autem Creatoris,
 quid dicam? Est omnino (1.) *investigabilis*. i.
 Tim. VI, 16. Rom. XI, 33. (2) *Mirabilis* cùm (a)
inefficiā, tūm (β) in *Personis*, quām etiani (γ)
in Operibus. (3.) *Immutabilis* Ps. CII, 2. Malach.
 III, 6. Jac. I, 17. (4.) *Amabilis* & *liberalis*. Exod.
 XXXIV, 6. Ps. CVII, 1. CXVII, 2. Thren. III, 22.
 i. Cor. IV, 7. Est demum (5.) *Laudabilis* (a)
 ratione *Omnipotentie* Syr. XLIII, 31. 32. Exod.
 VIII, 18. (β) ratione *Sapien̄iae* Syr. I, 2. XLIII,
 18. (γ) ratione *Magnificentie* El. VI, 1. & LXVI, 1.
 Ps. CIV. I. ut & (δ) ratione *immensa Graiae* Syr.
 XXXVIII, 3. & 12.

§. V. Objectum Plantationis erat
 ipse Hortus, dictus *Hortus à radice* *littera*, quod i-
 dem est, ac protexit, obtexit, notante Cl. Bux-
 torfiō c.l. pag. 118. Rationem verò, cur De-
 us Protoplantis nostris hunc hortum, & non
 alium assignare voluerit locum? quod concer-
 nit, hanc reddit Cl. Dn. Kirchmayerus:
Hortus nimirum est, inquit, *in quo vere ille*
innoxiæq; omnis generis reperiuntur volu-
ptates. Horius est, *quod berbarum fragran-*
tissimarum odore nares, colore oculi, sapore
ora recreantur. Hortus est, *ubi modulatis-*
simus avium concentus, inenarrabiles auri-

*bus delicias concinnat.c. I. §. X. pag. 12.
Hinc non omnino abs re Antiquarius ille In-
comparabilis Cent. i. Epist. 9. de beatâ vitâ in
geminârit :*

*Vitam si liceat mihi
Formare arbitrius meis :
Non fasces cuiquam aut opes,
Non clarus niveis equis
Captiva agmina traxerim.
In solis habitem locis,
Hortos possideam atq; agros ;
Ilic ad strepitùs aquæ
Musarum Studiis fruar, &c.*

§. VI. Tempus Plantationis considerandum venit. Circa præsens Argumentum notatur duplex tempus, aliud *Initiationis*; aliud verò *DURATIONIS*. De posteriori cap. IV. §. XXIV. agemus; jam de priori, nempe *Initiationis*, dicendum. Qvō igitur tempore Paradisus fuerit plantatus, Scriptores variant. (1.) Hieronymus vult, quod, anteqvam Deus cœlū & terram faceret, Paradisus fuerit conditus, *Manifestissime*, inquit, *comprobatur*, quod priusqvam cœlum & terram Deus faceret, *Paradisum ante condiderat*. Verum error in propositulō est. (2.) M. Samuel Dieterichius sive tertio sive sexto Creationis die Hortum plantatum esse censet, ita enim Admodum Reverendus ille Vir in Cornu Cop. Dispos. Homilet. Clasf. V. pag. 510. scribit: *Entweder (ist er gepflanzt worden) am dritten Tage / da die Erde muſte*

•(19)•

musse lassen auffgehen Gras/ Kräuter und Bäume;
oder am sechsten Tage nach des Menschen Erschaf-
fung. Pro Sexto Die etiam pugnavit D. Augu-
stinus, teste D. Friedlibio in Observ. Bibl. ad h.l.
fol. 29. Qv. 36. Ratio hujus opinioñis forsitan haec
est, quia Mundi nascentis Cosmographus, Mo-
ses Διαγενέσιος ejus creationi cùm homi-
nis subnectit. Sed respondemus cum D. Zeæ-
manno: Capite primo Genesios Moses opera sex
dierum compendiò narrare votuit. Deinde vero
totò capite secundo Paralipomena Creationis descri-
bit, quorum nonnulla ad sextum, alia ad tertium
diem referenda sunt. Conf. Zeæmannus c. I. pag.
263. (3.) Plerique tamen pro teriia die mili-
tant, quorum sententiae sunt commodissimae.
Qvos inter est M. Joh. Müllerus, qui hunc in
modum scribit: Die Zeit / da Gott den Paradies
gepflanzt / ist gewesen der dritte Tag der Schöpfung /
an welchem ins gemein die Erde auf Gottes Geheiß
hat lassen auffgehen Gras und Kraut / das sich besaa-
mete ein jegliches nach seiner Art / und fruchtbare
Bäume die Früchte trügen / &c. im I. Buch Mose I. II.
Denn ob gleich hie erst im andern Capittel der Pflan-
zung des Paradieses gedacht wird / so geschichtis doch
nur deswegen / weil hier von der Erschaffung des
Menschen gemeldet / und also zugleich gezeigt wird /
was ihm GÖDE vor eine Wohnung eingeräumet
habe. Hactenus ille l. c. pag. 14. §. 2. Hinc cum
Dn. Kirchmayero argumentamur: Qvocund
tempore producere sunt plantæ specierum omnium,
herbe scilicet, flores, arboresq; omnis generis, eō
etiam

B2

etiam factus Paradisus est. Jam verò tempore di-
ei terii producia cuncta. Eodem igitur crea-
tus Paradisus. c. l. Cap. IV. § 1. pag. 38, Conf. Joh.
Wichmannus Chronol. Sacr. L II. p. 259.

§. VII. Modus Plantationis, sive quo-
modo Deus illum plantarit, non expresse de-
scribitur. Hinc tacente Scripturā nihil certi
definire possumus. Ebraica interim vox β suf-
ficientissimè indicat, Paradisum nihil aliud,
quam herbarum, florum ac in primis arbo-
rum fructiferarum jucunditate mirabilis con-
cinnatarum, & naturali munitorum sepe fu-
isse. Verbum autem *Plantandi* non $\alpha\pi\theta\varrho\pi\tau-$
 $\tau\mu\theta\epsilon\alpha$ innuit, nam Deus sine ligonibus, ra-
stris, imò sine sudore & laboriosa culturā Hor-
tum Paradisi plantavit. Consulatur B. Dn.
D. Varenius ad h. l. pag. 119. Notamus insu-
per, qvòd vocabulum *Plantandi*, quando Deo
attribuitur $\mu\pi\pi\phi\sigma\chi\kappa\omega\varsigma$ sumatur idque dupli-
cimodō: (1.) $\vartheta\pi\pi\kappa\omega\varsigma$ seu *generare* pro forma-
re, facere. Verbi gratiā Ps. XCIV. 9. legitur: *en*
plantans aurem non audiet, hoc est formans. (2.)
 $\epsilon\delta\pi\pi\kappa\omega\varsigma$ seu *speciatim pro* provehere, benedi-
cere, augere, & felicitate donare Exod. XV,
17. 2 Sam. VII, 10. Ps. XLIV, 3. LXXX. 9. El.
XL, 24. Jer. XII, 2. XVIII, 9. Ezech. XXXVI,
36. Amos. IX. 15. Confer. D. Glassii Philol. Sa-
cræ Lib. V. Tract. 1. cap. XI. pag. 289.

CAPUT.

(21)

CAPUT. II.

De

SITU PARADISI.

SUMMARIUM.

- | | | |
|---|---|--|
| 1. <i>Quæstio: ubi fuerit</i> | 13. <i>Refellitur Kirche-
Paradisus magis curi-
osa, quam fructuosa est.</i> | 14. <i>An in Libiâ, aut In-
dia collocandus?</i> |
| 2. <i>Situs ejus non fuit
Cælum.</i> | 15. <i>An verò in Insula
zeilon?</i> | |
| 3. <i>Nec summum Montis
cacumen.</i> | 16. <i>Judicium Hoynovii
exponitur.</i> | |
| 4. <i>Quod demonstratur.</i> | 17. <i>Praefertur, reliquie
omnibus, sententia pro
Mesopotamia, & pro-
batur.</i> | |
| 5. <i>Nec situs sub equino
Etiali.</i> | 18. <i>Circa vocabulum
ערן quid observandum.</i> | |
| 6. <i>Vel extra orbem.</i> | 19. <i>Tὸ μέρος quid
notet.</i> | |
| 7. <i>Nec sub terrâ.</i> | 20. <i>Nomine tamen Meso-
potamiae, quam etiam
Orientis, quid hic loci
intelligendum?</i> | |
| 8. <i>Multò minus uni-
versalia terra.</i> | | |
| 9. <i>An in Palæstina?</i> | | |
| 10. <i>Seu viciniâ Damasci?</i> | | |
| 11. <i>Utrum verò Arabia
felix fuerit situs Pa-
radisi?</i> | | |
| 12. <i>Vel Mare Caspium?
ut vult Kircherus.</i> | | |

§^r.

Adrem sanè dubiam nosjam accingimus,
quam non nulli prorsus inexplicabilem

B 3

&

& incomprehensibilem esse putarunt, referente D. Zeemannôl. c. Artic. IV. pag. 268. Quâ de etiam suâ jam ætate Pererius ad h. I. pag. 128. haud immeritò conquestus est: *Rene istibanc plenam obscuritatu ac difficultateis Scriptoribus inier se maximâ opinionum varietate disfidentibus, quibusdam etiam mira prodentibus.* Hinc Meibomius; Revera, inquit, certi quid hac de re pronunciari non potest. Itaque ubi fuerit, *E qualis malo faceri me nescire!* vide notas ejus ad Sleidanum pag 17. Rem itaque magis curiosam, quam fructuosam esse, Situationem Paradisi querere, nonnulli judicant. *Quorum ex chorô est B.D. Selneccerus: vana est,* inquit, *Questio de loco Paradisi, qui in terrâ nullibi amplius exstat.* Sed, ut ut sit, quantumvis characteres Paradisi Geographici situm non revera, tamen probabiliter exhibent. A veritatis igitur tramite nimis aberrasse videtur D. Paræus, dum publicè fatetur nunc nullam Geographiam nobis Paradisi Topographiam exhibere posse. Verba ejus hæc sunt: *Nusquam fluvius ille unus ex Ed: n egrediens jam reperiitur, qui in qua uor fluvios sic dictos, & sic currentes, ut Moles scribit, dividatur.* Hinc locus Paradisi manet dubius atque incertus. Hæc in comm. ad Gen. pag 362, conf. B. Dn. D. Abrahamus Calovius Comment. ad h. I pag. 262.

S. II. Paradisi situ & loco divortia sententiarum dantur quam plurima. *Cælum Paradîum situandum sibi elegerunt, idque ut*

ut distinctius illum contemplarentur, Tertium, in quod D. Apostolus Paulus raptus legitur, constituunt Philo Hebreus, Origenes aliquique Hæretici supra Sect. I. §. 1. pag. 4. citati, qui per Arbores Paradisi virtutes Angelicas, intelligent. Conf. Cornelius à Lapide ad h. l.

§. III. Strabus *Summum Monis cacumen* loco lunæ proximum situm Paradisi usque somniavit, cuius opinionis etiam fuere (1.) Autor Carminis de Phœnice, qui inter opera Lactantii ita canit:

Sed nostros montes, quorum juga celsa quontantur,

Per bis sex ulnas eminet iste locus.

Et cum diluvium mersisset fluctibus orbem,

Deucalioneas exsuperavit aquas.

(2.) Rabanus Maurus, (3.) Joh. Damascenus Lib. 2. de Fid. orthod. Cap. II. *Paradisum ratione tuis uisitans* omni terrâ excelsiore facit (4.) Beda, ut Ludovicus Vives testatur in Augustini de Civ. Dei Lib. XIII. cap. 21. quem tamen Bellarminus apud Schottoranum in Heptaem. p. 35. excusatū vult. (5.) Basilius qui Serm. de Paradiso ita scribit. *Paradisum ob Loci sublimitatem nullis tenebris obnoxium.* (6.) Alcimus Avitus, Archi-Episcopus Viennensis, Orator ac Poëta Incomparabilis uti ex Epitaphio Manibus ipsius sacratō patet

ORATOR. NULLUS. SIMILIS. NUL-

LUSQUE. POETA.

QVI. VIXIT. VIVIT. PERQUE OMNIA
SECULA. VIVET.

notatō à B. D. Chytræō in onomast. fol. 29. qui
Annō, post Christum natum, cccc. XCIX. flo-
ruit, huic sententiaē adscriptū, veluti ex Car-
mine, quod apud Petrum Matthiam Mon-
tensem Tract. de Paradis. cap. 24. invenitur,
liqueret :

*Hic ver perpetuum Cœli Clementia servat,
Turbidus austēr abest, semperq; sub aëre sudō
Nubila diffugiunt iugi cessura sereno.
Nec poscit natura loci quos non habet imbris,
Sed contenta suo dotantur graminarore,
Siccum desit hyems, nec horrida ferreat astas
Fluctibus autumnus, ver floribus occupat annū,
Statuit (7.) idem Rupertus: Paradisum, inquiens,
fuisse locum amanissimum & cœlo proximum.
Lib. 1. de Trinit. Cap. 37. Ex Recentioribus
eandem fovent opinionem (8.) Henriquez
de Fin. Hom. Cap. 23 Lit. n. (9.) Petrus Opmeer.
Chronol. pag. 79. (10) Michael. de Palacios 2. di-
stinct. 17. Disp. 2. (11.) Joh. de Montevilla Lib. IV.
Peregrinat. in Terr. Sanct. pag. 808. Quò verò
splendorem aliquem errori conciliant, idem
S. Apostolum Thomam sensisse gloriantur.
Ne etiam aeri quid superstruxisse, cui littus ara-
re idem existimaretur, videantur, tām Solini
Athomons, in quo Urbs Achrothon, ubi
μαργόβιοι reperiuntur, & Olympius, quām
Plinii pariter Atlas in Opinantium patrocini-
um vocatur, quā mente unicè, ut mensurā
Montium emensurent, & persuadeant Paradis-
um tantā altitudine fuisse, ut diluvii impetus*

ad

ad tantam altitudinem pertingere haud valuerit. Rationes autem, quod attinet, quibus ad hanc sententiam amplectendam sunt adducti, has suppeditant (1.) ob salubritatis habitationem (2.) ob Paradisi ab exitio diluviali vindicationem; (3.) ob fluminum ex precipiti lapili ad terram nostram delationem.

§. IV. At hæ *Ωλυαειου* facillimô negotiò refelluntur. Audiamus Cl. Dn. Hoynovium hanc phantasiam refutantem: *Si Para-*
dissus, inquit, usque ad globum Luna exten-
ditur, uti Luna ipsa ab omnibus mundi in-
colis videbitur. Sæpe etiam eclipsin lumi-
nari utriusque induceret. Nec potest terra salvâ
rotunditate in tantam produci altitudinem
d. I. num. 4. ad §. XI. Et quomodo locus il-
le arboribus conseri, & ab homine quoipiam
inhabitari potuit? His Casparis Schotti subjic-
cere verba, quæ apud Cl. Dn. Kirchmayer-
rum d. I. p. 45. §. VI. habentur, allubescit.
Credo euidem facile, inquit, esse alicubi in
Orientalibus regionibus inaccessa quedam
stipulosorum montium præcipitia, at intra
illa Paradisum fuisse, aut, si fuisse, adhuc in-
amœnitate suâ perseverare, minimè credo:
quis enim id vidit, si inaccessa sunt loca?
Conf. M. Joh. Sebalt. Mitternachtes dissert.
XIII. de Paradiſo Terrestrinon amplius super-
stite pag. 279. -- 284.

§. V. Du.

§. V. Durandus, Bonaventura & Theophilus apud Nicephorū Lib. 9. H E. Cap 19. sub Äquinoctiali Paradisum situm putarunt. Conf. zeemannus d. l. Cap. XIV. Artic. l. pag. 276. A qvibus non longè recedit Caesalpinus Lib. III. Qvæst Peripat. Qu. 7. Sed hæc opinio nullò nititur fundamento, quin in Sacris Literis è diametro contrariatur. Et, de temperie quid dicamus? Aërem experiri. tur Nautæ totò itinere non magis, quam ibi sub Äquatore) insalubrem, astumque tam intensum (conferatur Aristoteles Lib. II. Mete. or. Cap. V.) ut nullo balneo comparari possit. Nam vel nudos incidentes sudorem profundere totò corpore largissimum videas. Inconstans ibi maxime tempestas est, ita, ut vicies ea, vel tricies unò die mutetur, unde fieri interdum solet, ut vix 4. vel. s. mensibus tractum illum naves conficeret & superare possint. Pluvia ejus loci tam pernicioса est, ut vestimenta, nisi inmaristatim eluantur, brevi tempore corrodat & consumat, ut refert Petrus Guilielmus Verhufius in Hist. Navigat. part. IX. Orient. Indiae Edit. Francofurt. A. 1612, fol. 6.

§. VI. Extra hunc orbem situm fuisse Paradisum putat Ephrem Syrus, ceu Moses Barcephas Part. i. de Parad. Cap. 12. testis est. Hujus autem asseclæ, quando interrogantur: Quomodo illinc ad nostram terram trajicere potuerint Homines? respondent: vel (i.) Homines Gigantes

Gigantes fuisse, ideoque pedibus in hanc terram per vadofum mare transmeasse (2.) Primos Homines ad diluvium usque loca Paradiso vicina incoluisse, post diluvium verò octo homines arcā in hanc terram transvectos fuisse. Verūm, si dicamus, quod res est, Responsum primum de promtum est e lacunis Rabbinorum. Ex dictō Josuanō XIV, 15. Et nomen Hebron ante hac Kyriath-arba, homo maximus in Anakæis iste, ubi putatitia Adami sepultura exhibetur, at successu minus secundō, ceu demonstrat Magnif Dn. D. Pfeifferus dub. Vexat. Cent. II. Loc. L. pag. 332. *Vulgata*, inquit, tripliciter peccavit (1) addendo situs est (2.) omissendo demonstrativo **וְהוּא** & (3.) **וְאָרוֹם** vertendo ut proprium. Quod tamen est appellativum, &, non ad Adamum, sed ad Gigantem Arbe, refertur. Responsum, secundum figmentum est, quō de Scriptura ne γενού quidem habet. Cœterū Moses Paradisum expressè in Regione Eden versus plagam orientalem collocat Gen. II, 8, 15.

§. VII. Locum alii, juxta zeemannii testimonium c. I. pag. 277. Paradisi subterraneum esse delirant, ad quem Christus inferos adiens, cum latrone descenderit.

§. VIII. Josephus, qui à Joh. Lindnerō in Catalogo Authorum Fodinæ præmissō, Ebræorum Livius & Scriptor φιλαληθεατος vocatur, quippe cui ob ingenii Gloriam Romæ statua est erecta, Universum terrarum orbem Paradisum

sum, flumen vero illum irrigans oceanum fu-
isse, opinatur. Ipsi sūo p̄p̄t̄ sūnt (1.) Abraha-
mus Ortelius, qui in Thesaurō Geographicō
voce Paradisi ita scribit. *Paradīus locus in certe
positionis.* Ego ubique fuisse puto ante Adami nem-
pe lapsum, & non locum significare; sed loci natu-
ram seu qualitatem. (2.) Ludovicus Nagarolus.
Sic enim Ortelius c. l. de ipsō refert: Postquam
hac scriptissim vidi metum sēnīre Ludovicum Na-
garolum in suo Timothēo seu Nīlō. (3.) Joh. Navio-
magus, quo de Bonfrerius in h. l. refert. fol.
115. Reliquo hanc erroneam sententiam fo-
ventes citatos dat Delrio Tom. I. Adag. 789.
Sed ubi tunc creatus Adamus? in Utopia? quō de-
portatus? unde ejectus propter transgressionem?
num ex toto orbe? quærit inde B. Dn. D. Frid-
libius in Medullā Loc. de Imag. Dei. Qu. 2.
pag. 319. conf. Kirchmayer. c. l. §. V. pag. 43.

§. IX. Alii, cūm fuerint animadversi
sic Paginis Sacris contrariari, partem aliquam
e totō sumserunt, & Paradiso attribuerunt,
Quantum, proh dolor! & hi differunt? in
Palestinā Paradisum fuisse situm contendunt
Cirbelus Darocensis & Alphonsus à verā cru-
ce, teste Laurentiō Beyerlink Tom. IV. Theat.
V. H. fol. 11. idque ex Gen. XIII, 10. probare stu-
dent. Quid? quōd illud ipsum Jordanis no-
men confirmare autumat Nicolaus Abramus,
dum quasi יַרְעֵן fluvium Eden esse putat
Hunc B. Dn. D. Aegidius Strauchi Susceptor
meus perpetuò Honoris cultu prosequendus,

Dub.

(29)

Dub. Hist. Sen. IV. Pos. III. refutavit. Pro-
priè enim loquendo Jordan יַارְדֵן Jeordan
seu fluvius dan , vel, si mavis, fluvius judicū,
seu demonstratio & projectio judicii, vid.Bec-
mannus de Orig. LL. pag. 271. Qui fluvius haud
procul ab urbe dan, hoc est, Cæsarea Philippi,
olim dan dicta Jud. XVIII, 29. suum traxit no-
minis ortum..

§. X. Pugnat pro viciniâ Damasci (1.) Eu-
gubinus,(2.) Hieronymus ab Oleastrô,(3.) Felix
Faber in Itinerario suo vers⁹ orientē.(4) Rudol-
phus Kircher von Suchen. Mussia Pontanus Pa-
ter (5.) Nicolaus Abramus in Pharō V. T. lib. 2.
membr. 20. fol. 60. Qyibus ad stipulatur(6.) Phi-
lippus Melanchthon Sedem, enim inquit, pri-
morum Parentum fuisse in regione vicinâ Damasco
extra omnem controvrsiam est. Ergo non longè (si
sententia vera,) ab Hierosolymâ incoluerunt, cum
Damascus 40. tantum millaria distet ab Hierosolymâ
Conf. Meibomius in Not. ad Sleid. pag. 17. Joh.
Bisselius in Palæstina Thopothesiâ C. IV. pag. 138.

§. XI. Regionem illam Terræ Sanctæ.
quæ Arabia felix est, ob regionis ubertatem
Paradisum fuisse censet Peyerius Lib. III. Syst.
Cap. III. pag. 105. sed respondet Cl. Hoynovi-
us d. I. §. XI. Magnum in Geographia esse lapsum,
Arabiam terræ sanctæ annumerare. Habet Hæc
diversos a Populō Israëlitico Reges 2. Paralip. IX,
14. & quidem multos Jerem. XXV. 24. videtur Pey-
erio imposuisse regio Aden, item urbs ei cogno-
minis sua adfances sinus Arabici, propter similitu-
dinem

dinem Mosaici Eden. Verum sola vocum analogia id non evincit. Non sequitur. Prusias Birbinie Rex idem nomen videtur habere cum Prussiæ. Prussi ab eo descendunt.

§. XII. Athanasius Kircherus, Vir bonorum omnium Elogiis dignissimus, hac in parte non accurate admodum judicavit, dum juxta Mare Caspium locavit Paradisum, ob inaccessa scopulosorum montuum præcipitia, incoronam quasi coordinata.

§. XIII. Kirchero Augustinum Torniellum opponimus, hoc modò differentem; cùm in nulla, inquit, orbis plagâ quoquam adhuc per tot secula non modò inveniri non potuerit Paradisus, sed neque ipsius ullum aliquod vestigium, vel minimū illō in loco apparuisse prodatur, projecto satis probabiliter credi posse videatur, ipsum non amplius superesse, sed aquis dilutum. Deo permittente, fuisse aboīum. Dicere enim (ut Kircherus dicit) quod in loco prorsus inaccessibili positus fit, adversatur Scripturæ dicenti: Deum collocasse Cherubim ante Paradisum voluptatis & flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ. Signum est ergo, quod locus ille non erat per se inaccessitus alioqui ad quid illa custodia apposito; Ne igitur frustra à Deo positum fuisse illam custodiā dicere compellamus, necesse est fateri, quod ante diluvium aliquos ab eis ingressu illa (custodia) averterit, redireque compulerit, quod si etiam aliquando post diluvium contingisset, profectò sciri hoc indicio faltem posset, in qua

NAME

nam orbis parte situs esset iste Paradisus. Hucusque Torniellus in Annalib. Mundi die 3. num. 28. Huc omnino etiam faciunt celeberrimi Jesuitarum Casparis Schotti verba ἀξιονεύοντα, ubi ad adducta Athanasii Kircheri verba hunc respondet in modum : Mirum inquit, si itares se haber, cur tanum apud Historios & Geographos de eā silentium. Alii cum Oleastrō, Eugubinō, Catharinō, Pererīo, Jansenīo, Franciscō Svarez, Viegā, Cornelio à Lapide, Salianō & alii multis censent, & forte probabilius, usque ad diluvium retinuisse primævam suam amoenitatem quia constat, cum Deus expulit ex eō Adamum, posuisse ante eum Cberubinum pro custodiā; utique ut prohiberet introitum hominibus, nulla autem necessitas fuissectus flodiæ, si propter scopulos orum montium coronam inaccessus foret. Verum in diluvio censem illi perdisisse amoenitatem suam, quoniam aqua per annum integrum totam terram occuparunt, atque adeo & locum Paradisi. Conf. Cl. Kirchmayerus c. l. cap. IV. §. III. pag. 40. Hoynovius c. §. II. num. 7.

XIV. Neque in Lybiā cum Svidā. Conf. Engelmannus Dissert. de Paradisi. Term. II. §. II. nec in Indiā cum Philostorgio, neq; demum in Tapobranā cum aliis Paradisus collocandus. Conf. B. Dn. D. Calovius Commentar in Gen. pag. 261.

§. XV. In amoenissimā Insulā Zeilon, si-
ve Ceilan, ut alii scribunt, Paradisum fuisse con-
tendunt (1.) Hugo Linschottanus, qui ita scri-
bit : Insula moniosa est admodum. Est in eā mons,
quā m̄

quem altissimum totius Indiae existimant, Picode Adam dictus. Credunt Indi revera ibi Paradisum fuisse, Adamum ibidem creatum a mundi Opifice, qui affirmant hodie abhuc videri Adami Protoplastae vestigia in summitate montis impressa petris, non aliter ac si arce incisa essent, nec vetustate deleri. part. II. Oriental. Ind. pag. 39. (2.) Petr. Gvilielm. Ver. huius, qvi loco supracitato pag. 27. In bac insula (Zeilon) inquit, Paradisum fuisse mulii sunt qui credunt, id est eam precipue ob causam, quod quatuor ista primaria flumina, quae per Paradisum fluxisse Moses in V. T. afferit, per insulam istam labantur. (3.) Ascan: Martinengus in Glossa Magna ad h.l. (4.) Vartmannus in descr. Asiae Lib. VI. cap. 4. Quidam consentit (5.) Cl. Adamus Olearius ad Lib. 2. Itinerarii Indici Mandesloviani cap. 12. de Insula ex Massæ & Marcō Paulō Venetō testatur. Sie sagen auch das man davor halte / es haben unsere Erste Eltern ihren Sitz ahier gehabt / und sey in dieser Gegend der Paradies gewesen. Sie schreiben alle die drinnen gewesen, das es wegen des herrlichen und sehr fruchtbaren Landes und aller erwünschten Dinge Überfluss ein recht irrdisch Paradies könne genenaret werden/ wie es auch der Nahme Pardes/ welcher einen Theil des Landes umb Goa zugeleget wurd/ mit sich bringt — — — Wenn man der Alten Kirch. Väter Meinung hierbey viel gelten lassen/ so scheint es nicht unglaublich zu seyn/ daß in diesem Theil Indien der Garten oder Paradies gewesen denn so schreiber Hieronymus in Quæstionibus Hebraicis ad Gen. II,

20. das

20. das daß Land Hevilath, umb welches der Strom Pison geslossen / Indien intra Gangem sey / an welchem Anfangs zeilon, nach jetzt erwehnter Schriften Bericht als ein Peninsula muß gehangen seyn. Und hätte der Ganges Pison geheissen à יַהְוֵה abundare groß werden / weil wie Josephus Lib. 1. c. 2. und Isidorus Lib. XIII. cap. 21. schreiben / etliche grosse Ströme in dem Gangem umfallen. Hernach aber hat er dem Nahmen Ganges von einem Indianischen König/ Gangaro bekommen. — — — das man aber einwenden wolte / wo dann die andern drey Ströme als Gehon, Phrat und Hideckel, welche nach dem 70. Dolmerschen Euphrat und Tigris, seynd in Mesopotamia anzutreffen / und haben ihren Ursprung in dem Armenischen Gebirge / Gichon aber als der Nilus in Africa. Darauff antwortet Augustinus am gedachten Orte / das der Ursprung dieser Ströme dennoch in Indien sey / und halten ihren Gang / (durch Gottes sonderbare Schickung / damit dem rechten Nachkommen Adams die Städte des Paradieses verborgen bliebe) unter der Erden / und brechen an unterschiedlichen Orten hervor / und dies wäre so ungereimt nicht / weil nach den fürnehmsten Geographorum Bericht / auf dem Caspischen Meer / in das Eritische Nord Meer auch unter irdische Canalen gingen. Cornelius à Lapide lässt diese der Väter Meinung dahin gestellter seyn. Er hält aber davor / das weil noch die zwene Ströme der Euphrat und Tigris in Mesopotamia stiesen / erst zusammen lauffen / und hernach sich wieder von einander scheilen / und als 4. Haups Ströme mögeln / be-

ver zween mit der Zeit ihren Nahmen verändert hätten
 Aber diese Gedanken können der Vater Meinung
 nicht aufheben. Denn wir haben in der Schrift
 keine Nachricht das diese Armenische und Aegypti-
 sche Ströme eben sollen die Paradeiss Ströme ge-
 wesen seyn. Exposita denique fructum ante-
 nissimorum ubertate , Patrum Ecclesiaz pri-
 mitivæ , quibus cum & Septraginta interpri-
 tum consensum urget , qvando ulterius ita per-
 git : Die Scribenten / so dieses sezen / haben es alle
 aus den 70. Dolmetschern . Wer wil nun fragen / daß
 die 70. Dolmetscher/wie wir sie haben/hierinnen au-
 tenticē zu halten seyn/da sie an andern Orten der Bi-
 bel bisweilen vom Hebreischen Text abgangen / und
 ihre eigene Gedanken und Meinunge gehabt/ welche
 aus der Grundsprache nicht können behauptet werden/
 wie solches Hieronymus Präfatione in Penta-
 teuchum , und andere erwiesen / darben Gerhard-
 dus de S. Script. §. 570. zu lesen. Des Phrats wird
 zwar aufdrücklich in d. Schrift gedacht/ aber gleich
 wie das Wort Gehon , nicht nur dem Nilo in
 Aegypten sondern auch andern Strömen zu geeignet
 wird/als einem nicht ferne von Jerusalem gelegenem/
 wo selbst Salomo zum Könige gesalbet werden. Reg.
 I. 33. 32. & 45. 2. Paralip. XXXII, 20. Wie auch viel
 Ströme seind/ die den Nahmen Tigris führen/ nach
 Anleitung des Theslauri Geographici Ortelii also
 kan man auch nicht gewisse sagen/ das der Paradies-
 schen Phrat auch eben der Mesopotamische Euphrates
 (Welcher jego Morathu genandet wird) seyn soll. Der
 Ganges

Ganges aber in welchem aus den Indianischen Gebürgen entspringende grosse Ströme fallen, ist nach aller Aussage / die daselbst gewesen sehr Goldreiche/ imgleichen die Insel Zeilon, welche das meiste und Rostlichste Gold hat/ welches dem Lande Hevilath zugeschrieben wird Hucusq; Olearius. Ceterum hanc insulam Zeilon ipsam antiquam Tapobrana esse contra Gerardum Mercatorem, Scaligerum Orosiu aliosq; insignes Scriptores viginti amplius argumentis probare conatur Samuel Bochartus Geograph. S. Part. II. Lib. I. Cap. 46.

S. XVI. Sed, cum ad prolata quam sufficientissime Vir sèpius jam nominatus, Cl. Dn. M. Hoynovius responderit, minimè opus est, ut nimis prolixiores hinc re simus, breviores itaque lineas ducentes prædicti Viri apponere lubet judicium: Opinionem hanc, inquit, destitui Characteribus Geographicis Textu Sacro conformibus. Neque persuasio cuiuspiam occupat locum argumenti. Si iidem Zeylonenses cœlum in Insula suâ esse sibi persuaderent, num sive digna esset narratio? Chilonenses solos se duobus oculis præditos, solos in mediò mundi habitare credebant. Reges Abyssini Salomonis progeniem se esse glorianter Ita Mundus regitur opinionibus, sapiens eas regit, & corrigit. S. XI. num. 5. Conf. Magnif. Dn. D. Augustus Pfeifferus Dub. vexat; Cent. I. Loc. V. pag. 17. §. 3.

§. XVII.

§. XVII. Opinio autem omnium optima esse videtur illorum, qui in Mesopotamia sive huic vicinâ Babylonia Paradisum collocant. Quia juxta D. Friedlibum iu Medull. Theol. cl. pag. 319. Qv. 22. (1.) Edem, in quô Moses plantarum afferit Paradisum, esse aut partem, aut vicinam Mesopotamie, liquet ex collatione Gen. IV. 16. 2. Reg. XIX. 12. Es. XXXVII. 11. Ezech. XXVII. 23. (2.) Hortus ponitur ad Orientem: Mesopotamia verè illic sita (3.) Fluvii Tigris & Euphrates oriuntur in Armenia, & cursum suum per Mesopotamiam & Assyriam dirigunt. conf. Kirchmajerus d. l. cap. IV. §. XI. pag. 51. Zeemannus c. l. Artic. II. pag. 279. Per Edem autem Edem Thalassar intelligitur. Conf. B. D. Varenius Decad. in Gen. pag. 114. Concl. 6. D. Pfeiffer c. l. pag. 19.

§. XVIII. Circa Dictum præsens Mosaicum: Plantaverat Dominus Deus hortum in Edem ab Oriente. Gen. II, 8. duo notanda veniunt, quæ situationi Paradisiacæ inservire queunt. Horum primum est אָרֶן; alterum vero ἄρον quod attinet, sciendum Philologos non nullos ἄρον cum 5. punctis esse appellativum: sed צַדְקָה cum 6. punctis fieri nomen proprium loci, observasse. Versio vulgata vocabulum Edem tanquam appellativum posuit: Plantaverat Dominus Deus Paradisum voluptatis. Sed minus accuratè! Melior itaque Septuagintavirilis interpretatio est, ubi ut proprium loci vertitur

אָרֶן.

¶^{37.} Quod & Eden nomen proprium Viri sit supra sect. 1. 5 ult pag. 9. demonstratum dedimus, quod tamen non obstat. Sufficit, Edem in praesentiarum *κυριος* sumi ut nomen loci proprium.

§. XIX. τὸ κράτος Sammachus, A; quila aliique interpretantur *εἰς πρώτης*. Theodotion *εἰς πρώτας* Onkelos ab Exordio, qvod non recte. Rectius verò LXX. interpretes: *καὶ ἀράβλας* reddidere, sic & Megalothander noster Luthe-
rus: gegen den Morgen. Conf. D. Varenius Decad. in Genes. p. 118. Concl. 14. Prolixius hac dñe Jenen-
sium Doctor Celeberrimus B. Dn. Joh. Musaeus
in Prælect. Publ. ad h. l. agit: *Quamvis inquit, vox Κράτους generalis sit, εἰς quamvis prioritatem vel tempus, vel loci vel rei denotet, quia tamen hoc loco cum nomine Regionis propriò conjungiatur, rectius de prioritate loci, quam temporis ac rei accipitur: unde pleriq[ue] Interpretes reddiderunt ab oriente, id est, in ejus parte orientali, seu versus ortum Solis parte sita.* Idem etiam urgent Cajetanus, Steuchus Oleastrius, & Sixtus Amama, qui in Antibarb. Lib. II. pag. 315. de voce *Κράτος* ita scribit: *non temporis sed prioritatem sed loci denotare, manifestum est.* Consulatur D. Calovius critic. Bibl. Diatrib. IX.
§. XXXIX. pag. 358. Engelmannus dissert. de Paradis. Terrestr. Term. II. §. I. 4. Frantzius. ill. Orac. pag. 20.

§. XX

s. XX. Ultimur nomine *Mesopotamia*
 quæ propriè loquendo Regionem inter amnem
 Euphrati ac Tigri flaviis inclusam significat,
 notante Beccmanno de Orig. Lat. Ling. p. 676.
 in sensu latiori more Anti quis haud inusitato,
Babyloniam non penitus exclusa conf. Plinius
 Lib. VI. Hist. Nat. Cap. 27. Bochatus Geograph.
 Sacr. Part. I. Lib. II. Cap. VI. fol. 88. Cluverus
 in introduct. in Geograph. Lib. V. XXIII. pag.
 541. Wichmannus Chronol. Sacr. Lib. I. part. II.
 Sect. II. p. 73. Nomine autem terræ orientalis
 Scriptura Sacra plerumq; Mesopotamiam vel
 huic aliquam confinem plagam intelligere so-
 let, uti luculentissimè ex dictis parallelis patet.
Genes. XXIII. 2. Isaacus jubet Jacobum, ut se
 in Mesopotamiam conferat. Eò cùm tende-
 ret Jacobus versus orientem ivisse dicitur Gen.
XXIX. I. Bileamum se ex oriente venisse tradit
 Num. XXIII, 7 eundem etiam ex Mesopotamia
 accessisse legitur Deut. XXIII, 4. Per Orienta-
 lem itaque respectu Palæstinae plagam, Mesopo-
 tamiam fuisse intellectam quis tergiversetur?
 Johannes Damascenus Lib. IV. de Fid. Orthod.
 Cap. 13. refert, qvòd, ut Paradisi, ex qvō Proto-
 plasti propter peccatum commissum sunt expulsi,
 recordarentur Veteres faciem Orientem ver-
 sus vertere solebant: Α' ἔχαιραν, inquit, τὴν πα-
 τεῖδα εὐτελῆσυτες, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀπονίζοντες
 τῷ θεῷ προσκενοῦσιν Patriam (Paradisum) re-
 quirentes, & ad ipsum suspirantes Deum adora-
 mus

mus. Nec secūs autor ille Quæstionum ad Antiochum apud Athanasium Qv. 37. Fideles, inquietant, q̄od hæc de causa Beatisimi Apostoli fecerunt Christianorum Ecclesiæ intendere verus Orientem, ut ad Paradisum respicientes, unde cecidimus scilicet ad Veterem Patriam Regionem nostram, per amas Deum & Dominum nostrum reducere nos illum, unde ejusdi exulamus.

CAPUT. III. De FORMA PARADISI SUMMARIUM.

- | | |
|--|--|
| 1. Pardisi formale | 11. Utrum perierit? |
| 2. Amænitas Paradisi de-
scribiur. | 12. Ethnicis an faeria
cognita? |
| 3. Quid de Adonidu, Alcinoi
& Jovis hortis, de Fortu-
nato insula, &c Cam-
pio Elysii sit statuendum? | 13. Arbor Scientia boni &
mali cur sic dicatur? di-
verse opiniones taxan-
tur. |
| 4. Arbor vite cur sic dicta? | 14. Vera sententia exponi-
tur. |
| 5. Num vera &naturalis? | 15. Fuerit ne vera & na-
turalis? |
| 6. Cujus speciei fuerit? | 16. Quæ ipsius Species? |
| 7. Habuit vim medendi
morbos. | 17. Fluvii Paradisi quinam? |
| 8. Quoties gustandus ipsius
fructus? | 18. Quis Paradisi fluvius
primarius? |
| 9. Virtutem suam fuisse
perditura? | 19. Pischonis Etymon. |
| 10. Sicut eius. | 20. Hauile nomine, quid
veniae? |
| | 21. An |

21. An hic fluvius sit Ganges? tū & Tigris sīstut.
 22. Bdellion quid sit,
 23. Quid Onyx?
 24. Gicbonis Erymologia
 25. Nilus, en sīt Gicbon?
 26. Nomine terrae Cuscb
 quid intelligatur?
 27. Fluvii Chiddekkel
 delineatio.
 28. Euphratis descriptio.
 29. Propinquitas Euphra-
30. Longitudo & Latitudo
 Paradisi juxta Iudeos
 & Tostatum.
 31. Opinio illorum improba-
 tur.
 32. Num Paradisus tante
 hominum multitudinis,
 quatenus in statu Inte-
 gritatis permanessent.
 33. capax fuisset?

§. I.

Extrinsecum Paradisi formale illud, qđ
 hic exornabatur hortus, in herbarum,
 florum, arborum, fructuum, fluminum,
 qvin imò omnium ad delicias compositorum
 Objectorum elegantia, ubertate & accuratissimā
 pompa consistebat.

§. II. Nihil ornatius, nihilve ordina-
 riis excogitari sive optari in hoc terrarum
 theatrō amplius poterat, qvod ad amoenita-
 tis Paradisiacæ excellentiam assurgat. Locus
 erat omnino cultus plurimis pulcherrimisque
 plantis cùm odoratu, tūm gustatu iucundis
 planeque congruis, appositus, accommoda-
 tus, ut sit Domicilium, aedesq; & amoenitas
 hominum, describente ipsum R. Mose Bar-
 cephā. Qvanta igitur fuerit Amoenitas Pa-
 radisiaca satis liquet ex eō, qvōd nulla fri-
 gora; nulli aestas; nullæ pluviae; nec nives; nec
 gran-

grandines; nec etiam nubes adversæ; sed ver
perpetuum; nubes serenæ; diesque ad fuerint
placidi, Mose enim teste, nudi incedebant.

§. III. Quantis ne profecto Encomiis
Gentiles Hortos prosecuti sunt Adonidu quos
nomine ab Eden mutuatè Paradisi Amœnita-
tem fabularum involucrò obtexisse, non-
nulli autumant. De Alcinoi hortis quid refe-
ram? Nonne Justinus Martyr suò jam seculò
versus Homericos de hortis Alcinoi expres-
sam Paradisi exhibere Σκιαζεσθιαν Ιονις
quam ipse Paradisus? uti Eusebius exactè per
aliquot Capita Consensum hujus cum Mose
ostendit, vivosque ad fontem reducit. Inpri-
mis cap. 6. Lib. XII. de Præpar. Evangel. con-
fert utrumque de Paradiso & serpentis fraude
Cap. 7. de Muliere sumptâ ex virò Cap. 8. de
Primâ Hominum vitâ, Cap. 9. de Colloquiô ser-
pentis & Evæ, &c. Sanè Insulae Fortunatae,
quid? quod & Campi Beatorum, quos Elysi-
as Elysius dal vel Liusdal nuncupabant, Conf.
Carolus Lundius in zomolxe suo upsalia A. 1683
edito, nihil aliud, si larvam detrahias, quam
Paradisum arguunt. vid. Hoynovius. c. l. §. III.
M. Joh. Müllerus Acerra Bibl. pag. i; Hinc tu-
tò concludere possumus, ex Solò Mose non
scriptoribus tantum, verum & diis Gentilium
antiquiore in Paradisi terrestris cognitionem
nos devenire.

§. IV. Sed à diverticulò redeo ad rem
ipsam. Sicut autem reliqua aspectu fuere ju-
cun-

cundissima, ita maxime etiam Arbores. Erat
 utique ~~o~~^ύ ~~υ~~^ύ ~~ρ~~^ρ ~~ε~~^ε ~~ρ~~^ρ locus arboribus con-
 situs atque adeò nemus florentissimum, jux-
 tim ac nitidissimum. Duæ autem Arbores
 erant omnium Celebratissimæ, qvorum una
 viræ altera verò Scientia boni ac mali. De qvâ-
 vis jam in specie qvædam acturi sumus. A-
 gmen autem ducat denominationis ratio (1.)
~~μετεφορικῶς~~ sic Arborem vitæ dictam esse
 Weigelius in Libro γνῶσης τε αὐτὸν part. I. Cap. 9.
 p. 8; delirat. (2.) ~~αντιφερασικῶς~~ sic appellari
 nonnulli somniant. (3.) ~~οὐμεθολικῶς~~, qvia sym-
 lum vitæ divinitus acceptæ, uti Vatablo & Ar-
 topæo placet, sive, si legem custodiret, pro-
 missæ fuerit, ceu Calvinus, Junius, Tremel-
 ius, Willetus, Keckermannus & Paræus sta-
 tuunt, Verùm, ad qvid custode cherubinō
 fuisse opus ad prohibendum omnem Proto-
 plastis aditum, ut ne extenderent manū
 ad illam & viverent in seculum. Insuper u-
 sus hujus arboris non aspectu nudō atque re-
 cordatione tantùm, verùm esu etiam æque
 ac usurpatione absolvebatur. Quidam hoc
 modo, omnes, qvot qvot in Paradiso ad fue-
 rint Arbores, potuissent arbores vitæ vo-
 cari; siqvidem una æque ac altera benefi-
 cii vitalis fuit. Ab usu igitur eis & effectu hac
 arbor sic fuit denominata. (1.) qvia longissi-
 mam vitam homini tribuisset (2.) non solùm vivere,
 sed & bene vivere, voluptate & tranquillitate
 frui dedisset. Conf. D. Friedlibius Observ. Bibl.

ad

(43)

ad h. I. p. 29. Qv. 43. Calovius c. I. pag. 159. &
& system. Tom. IV. p. 441. Chemnitius Qya-
drig. Dispp. Theol. Disp. 1. de Arbor viiæ. D.
Pfeifferus. Dub. Vex. Cent. i. Loc. IX. pag. 32.

§. V. Arbor Vitæ, fuerit nevera & na-
turalis? Per hanc Origines & qui ipsum Ante-
signanum agnoscunt, vel (1.) *Sapientiam divi-
nam*, quæ Prov. III, 18. hoc nomine venit; vel
(2.) *Christum ipsum*, utpote qui Panis vitæ au-
dit Joh. VI, 48. vel (3.) *Vitam Æternam* vidicti
Johannæi Apoc. II, 7. intelligunt. Spiritualia
eqvidem hac arbore fuisse adumbrata nemo
nostrum negabit; interim tamen certò cer-
tius est ipsam veram atq; naturalem arborem,
juxta expressam *ωδησιας Φιλος Μωυσης*, qui
eam cœteris arboribus conjunxit, fuisse Conf.
D. Brochmandus Syft. Theol. Tom. I. de Hom.
Prim. Cap. I. Sect. IX. pag. 296. & Cap. III. Qv.
IX. p. 325. D. Waltherus Spang. Mol. p. 258. D.
Keslerus Phys. Photin. Sect. II. Princip. 13. pag.
242. Zæmannus d.l. Cap. XVI. Art. II. pag. 315.

§. VI. Speciem hujus arboris, si sub
examen revocare velimus, ob scripturæ si-
lentium, determinare non possumus. Goro-
pius & M. Recanus *Quercum*, ex qvâ crux Christi
fuerit fabricata, censem fuisse. Potiorita-
men jure Mulleri subscribimus sententia:
*Singularem sane arborem fuisse, cuius genera nec
in toto terrarum orbe reperiri potuerit* c.I. p. 14 2.

§. VII. Vis autem ipsius conservandi
vitam humanam non finit hyperphysica, ceu
Augu-

Augustinus & Bonaventura volunt, sed physica. Sicut & aliis fructibus vis aliqua medendi inest. Exactius hac de arbore Michael Baumannus in Lexicō Allegorico-Evangelicō Dom. VIII. post Trin. trēstat, dum ita disserit: Der lebens-Baum im Paradies war Adams und Ἰησοῦς Apotheke: sie finden/ dran zwar keine Medicamenta οὐνόμεα, oder solche Arzneien herfür wuchsen / welche die Kraft gehabt einige gegenwärtige Krankheit zu vertreiben/ sitemahl die Menschen vor dem Fall sich deren im wenigsten nicht zubefahren hätten/ er brachte aber gleichwohl Medicamenta τέρπολακτικά, soharte Arzneien dadurch Krankheiten und Abmattung der lebens-Kräfte könnten preccaviret und verhünt werden / daraus ein rechtes Αλεξανδρικό und hochbequemes Mittel war/ wieder alle giftige und schädliche Feuchtigkeiten. Conf. Joh. Stieffler Geissl. Historien-Schaz Cap. XXVII. num. 29. pag. 1768. Poterat enim vitam (1.) longavam (2.) robustam. (3.) firmam, adeò, ut nunquam ullum morbum seniumve ullum incurrisset (4.) letam, pellendo scilicet quodvis tristitia ac Melancholiæ genus, efficere.

§. VIII. Quoties autem gustandus fuissest ipsius fructus? Alphonsus Toftatus hominem per integrum annum unā alterāve vi- ce fructu ipsius fuisse usum atque adeò salvum permanisse putat. Bellarminus contrā seinel tantum fuisse gustandum, idq; instante ad alte- ram vitam translatione, censet. Enim vero

rem

rem si acu tangere, ut proverbio dicamus, ve-
linus, fatendum nobis erit, nullam aliam ob-
causam in ipso Paradisi Meditullio illam fuisse
collocatam, nisi, ut homo, quoties vellet, ipsi-
us ute retur fructu, ac fruererur usu.

§. IX. Virtutem suam, sive vigorem
primum hæc arbore nunquam perdidisset, neq;
periisset penitus, judicibus Scotô, Cajetanô,
Corneliô à Lapide Valesiô, aliisque, verum
procul dubio divinitus fuisse conservata ad fi-
nem usque seculi. De Multiplicatione hujus
arboris ex Pererio paulo antecitatus Bauman-
nus ita refert: Pererius muhmassen ob schon nur
ein einiger Stam dieses Baums er schaffen so hätte
doch derselbe hernach so ferne der Mensch bestanden
in viel individua sich besamer und vermehret/ damit
seine Früchte so viel mahl 100. tausend Menschen ha-
ren können genung seyn. Hujus lententia etiam
fuisse B. D. Lyserum testatur D. Calovius ad
h. l. pag. 260.

§. X. De situ hujus Arboris refert
Moles, qvod in Meditullio Paradisi fuerit posi-
ta: Germinare, inquit, fecerat Deus Arborem vi-
tae in mediò borii Gen. II, 9. Idem vero, ob-
jicit aliquis, de Arbore scientia boni & ma-
li refert Moles, qvì igitur utraqve in mediò
Paradisi esse potuerit? Ad hanc objectionem
λύσιν suppeditat B. D. Waltherus: Sunt, inquit,
qui (i.) putant, cum Arbor vita dicatur, in mediò
fuisse; significari (a) eam arborem in solō Para-
diso extra vero nullibi fuisse, vel (β) ejus digni-
tatem

etiam excellentiam respectu aliarum; vel (y.)
eam frisse in mediullō Paradisi, qvod terra ejus
toti excelsior esset & ferilior; Verum (z.) rectius il-
lud in mediō non est intelligendum de punctō seu
mediō Mathematicō, (sic enim ambæ arbores
simul in mediō horti stare non potuerint)
sed Physicō (seu communi) quia duæ ille arba-
res sibi invicem fuerint vicina. Conf. Waltheri
Harmon. Bibl. pag. 82. D. Varenius de cad. Gen.
Loc. IX. Concl. 3. pag. 123.

§. XI. Qvod arbor vitæ nondum ad-
huc perierit Cl. Dn. D. Kirchmayerus c. I.
Cap. II. §. VII. pag. 21. duabus probat rationi-
bus (1.) quia ad Mundi integratam & ad certam
corpora naturali speciem spectaverat. (2.) quia de
ipsius interitu ne ḡū quidem aut pō in Sacrō Co-
dice reperitur.

§. XII. Nec minoris jucunditatis
Quæstio est, qvæ se se nobis offert: Uerum bæ
vitæ Arbor Ethnici etiam fuerit cognita? Affir-
mamus, Ecquid enim quæsto! Nectar illud secus
quinet Ambrosia, qvæ q̄vali sine morte Hesio-
do dicta creditur, ut & Moly Homero juxtim
ac Nepenthes aliis, luctum plane omnem ac do-
loris sensa adimens, qvam ipsa vitæ Arbor?
Adulterati sanè fuere Philosophi quibus cum
& Poëtae ex Paganismō Sacras Literas. Conf.
Kirchmayer c. I. pag. 18. §. IV. ceu ostendimus
supra §. III. pag. 41.

§. XIII. Altera, cuius Moses memi-
nit, Arbor est scientiæ boni & Mali. Crotalaria
ipsius

ipius quod concernit, (1.) Josephus Lib. III.
 Antiqu. Jud. Cap. 2. inde traxisse refert, quod
 virtute quamdam singulari ingenium acuendi
 scientiamque adaugandi fuerit praedita. Cui
 sententiae, perinde ac ex Apollinis oraculo
 esset profecta, constanter adhaerent Sociniani,
 & Orphitae. Qvorum hoc est Delirium:
 Serpentem homini fuisse Autorem adipiscendi
 scientiam, dum ipsi usum ligni vetiti prævasit,
 Quod, ut opinor, ad Calendas Graecas sunt pro-
 baturi. Nec etiam (2.) suam unquam proba-
 bit sententiam Pererius, qui à verbis promis-
 sisque Serpentis fallacibus: *Eruis sunt Diis*
scientes bonum & malum, ipius ὄροματος esse
 profectam scribit Comment. ad h.s. Cap. 2.
 n. 93. Sed Antagonistarum figmenta geris
 sicuti vaniora labore haud multo expedien-
 tur? Si enim (1.) ὄροματος Rabbinorum, So-
 cinianorum & Orphitarum veritati exacte
 esset consona, haud falsus diabolus dixisset, ho-
 minem ad scientiam divinam quam proxime
 accessurum, si decepto de arbore vetitâ fru-
 ctu vesceretur, sed hoc frivolum est. Deinde
 (2.) Circumstantiae historiæ Paradisiacæ expres-
 se innuunt, sententiam ipsorum purum pu-
 tum nihil esse. Si quidem enim, antequam
 serpens de arbore illâ cum Eva unquam verba
 familiariter misceret, hoc ipsum nomen jam
 arbori fuit inditum, quin imo illud ipsum no-
 men habuisset, etiam si homo seductus non
 fuisset.

§. XIV. Nomen igitur huic arbori impositum est cum (1.) δοκιμασιῶς sive experientialiter, quod fuit instar aræ, inquit Deus hominis obedientiam & cultum experiri voluit, tunc etiam (2.) ἐκπειθαντιῶς seu eventualiter quod homo experiendo didicit discrimen inter bonum amissum & malum admissum. Conf. Calovius in Gen. pag. 260. Augustinus Tom. V. Lib. XIV. de Cev. Dei cap. 17. B. Dn. D. Martinus Lutherus Tom. XIV. Op. Germ. Fol. 17. Rivetus Exerc. XVIII. in Gen. pag. 74. Triplinem vero in usum Deus hanc Scientiæ boni & mali Arborem ordinavit: ut esset (1) Externum Symbolum Dei Timoris, Amoris, Honoris (2.) Publicæ Confessionis Medium, & tandem (3.) Publicæ Predicationis Incentivum ut Genus humanum, quasi ad Templum conveniret, & Creatori pro omnibus ac singulis beneficiis clementer in sece collatis debitas ageret gratias. Joh. XXVIII, 28.

§. XV. Fuerit ne vera ac naturalis haec arbor? Joh. Faber Monspeliensis Gallus, Arborem hanc solam & unicam fuisse, nec ad reliquias arborum species referri potuisse scribit: Miror, inquit, summoperè quam plurimos summae Autoritatis Viros, ut arborem hanc inter species aliarum arborum annumerare queant. Conf. Alchimistam ipsius Christianum Cap. XVII. p. 128. Sed respondet ipsi Kirchmajerus: Si, inquit, mirari philosophari est, nulla amplius excipienda

enw

anus venit. Sine ratione quicquid profertur, et
ipso, dum profertur corruit §.X.c.l.pag. 24. Conf.
D. Zæmannus d.l. Cap. XVI. Artic. III. pag 324.

S. XVI. Exsurgit qvæstio: Qualem fructus
ille, quem decerpent peccarunt Protoplasti, fuerit?
Putant nonnulli (1.) Vitem fuisse ex hoc funda-
mento, qvôd Christus se viti comparat conf.
Mülleri Acerra. Bibl. Hist. X. §. 2.p. 109. (2.)
Malum, sive Pomum persicum, quod adhuc in
orientे, ubi Protoplasti peccarunt, lethale est,
fuisse post Augustinum B. Lutherus in Com. ad
Gen. p. 502 censuit. Huc tendit πολύτελον illud:
Malam malam peperit mala maximam mundo.

(3.) Ficum Indicum fuisse statuunt Pro-
copius, Moles Barcephas, Isidorus Pelusiota,
Gennadus Theodoreetus, tūm (a) quia fructus
ipsius omnium amabilissimus, pulcherrimus
ac saluberrimus judicatur. Sic ex Brochardo
Hibernensis Jesuita, Scharlogus scribit:
Sunt inquit (in terrā sanctā nempe) & fructus di-
ēti poma Paradisi, penitus admirabiles. Poma hujus-
modi crescunt in modum botri uva, & est botrus ille
interdum magnus, ut cōpīnus, id est, Sporta compe-
rens; habet grana aliquando centum aliquando plus
sicut uva; grana illa aliquando sunt longa ad quan-
titatem sex digitorum, aliquando sphaerica, ad quan-
titatem ovi gallinæ, &c. Saporis est delicatissimi
& dulcis ut mel; grana intus semen penitus non ha-
bent, sed tota eorum substantia comedibilis est.
Haec tenus ille Lib. II. Antiqu. Hebr. Disp. III.
Sect. IV. pag. 33, tūm etiam (β.) qvia Protopla-

D

sta

Itæ fœli foliis se tegunt, & Johannes Temporarius etiam ex Gen. III. v.8. Ubi se dicuntur sub arbore abscondisse., hoc colligit, cum ea arbor sit talis, ut commodè sub eâ quisquam posset latere. Sed Drusius Cap. 12. Annot. ad Loc. Diff. Gen. p. 22. respondet: singularem sub arbore ibidem positum esse pro plurali sub arboribus, ut Exod. X. 10. Conf. Glassius Philol. Sacr. Lib. III. Tract. I. Canon. XXII. pag. 84.
 Quid? quod non sit credibile Eos illi arbori, per quam in tantum malum inciderant, diu adhaesisse, cum Deum Vindicem mox affore timerent; & num illius foliis, veluti spoliis, quæ ipso aspectueos commissi criminis reos facerent, amicti in Dei conspectum prodire non fuissent veriti? Coeterum Ebræi sicut filii foveæ hoc est, minæ causas vocant, notante Dilherò Elect. Llb. III. Cap. 2. Conf. Stratemannus Theatr. Hist. p. 5. Johannus Bodæus à Stapel. in commentariis über den Theophrasten aus dem Goropiò und denen so diesen folgen / bei Erwähnung dieses Baums gar lächerlich gedachten / daß man den Nahmen der Frucht Geige nach der Holländischen Sprache zwingen und sagen wil weil die ersten Eltern gesehen / daß sie von der Schlangen so schändlich betrogen worden / hätten sie sich / so zureden / angespyen und gesagt / sy / ghy / das ist ysu dich / und daher die Frucht den Nahmen Hyg bekommen / welches Wort wenn man es zurücke liest / heisset Giss oder Giss. Es werden vielleicht Adam und Eva Holländer gewesen seyn / und Holländisch geredet haben

haben. Conf. Kirchmayer p. 59. Sed responde-
mus: Scripturā tacente, quis loquetur? Recte
inde judicasse patet R. Tanchumam: *Tacitum,*
inquiens, fuisse illig nōmē ne, si homines conficerent,
contemneret bonam Dei creaturam, dicendo: Hęc
est arbor, per quam nostri Parentes peccarunt. Huc
quoque recensenda est lepida fabula, quam
quomodo Patriarcha Seth, iussu Angeli, se-
men ex hac arbore decerpserit, oriq; Adamī
sepulti indiderit, atq; inde Arbor, ex quā crux
Christi fuerit confecta, extiterit, narrat Pine-
da Lib. V. de Salom. Capo. 14.

§. XVII. Differuimus hactenūs, de Ar-
boribus, jam ut ad ποταμούς φίαν Paradisia-
cam properemus, necessum est. Hanc autem
Mundi nascentis Cosmographus, Moses se-
quentibus sistit verbis: *Et fluvius, inquit, egre-*
diens ex Eden, ad irrigandum hortum, & inde di-
ditur in quatuor Capita. Nomen unius Pischon,
circumiens universam terram Chavilab, ubi est
aurum. Et aurum terra illius bonum, ibi bdel-
lium Glapsis onix. Et nomen fluvii secundi Gi-
chon, hic est, qui circumnit omnem terram Ethiopia-
am. Et nomen fluvii tertii Chiddekel, ipse la-
bitur ad Orientem Assur. Et fluvius quartus ipse
Euphrates Gen. II, 10. -- 14.

§. XVIII. Paradoxon eqvidem esse vi-
detur, veritati tamen maximopere conso-
num, unō fluviō Paradisi hortum fuisse irriga-
tum, qvōd ex Stylō Mosaicō liquet: *Fluvius*
egrediens ex Eden ad irrigandum hortum, Gen. II,

10. Quis autem primarius ille Paradisi Fluvius
fuerit? qværitur. Hæc sane controversia ad-
modum agitata est, ut B. Megalandrò Lutherò
judice, unum sit ex maximis scandalis in Mo-
se. Utut sit, rem pro virium modulô perlu-
strabimus. Jacobus Niclantus, & nonnemo
Jesuitarum Muscipontanorum, nomine Ni-
colaus Abramus, qui Niclantum seqvitur, puta-
runt Jordanem principalem fuisse Paradisi flu-
vium, qui per subterraneos meatus in Tigris,
Euphratis, Pisonis & Geonis scaturigines e-
merserit, sic enim Abramus: *Quid n̄ enim
inqvit, Jordanes fuerit ille fluvius egrediens Gebul-
dans e loco Voluptatis ad irrigandum Paradisum?*
qui deinde terram subeat, occultisq; meatusibus, in
Tigris, Euphratis, Pisonis, ac Geonis scaturigines
emergat, &c. *Quid si inquam Jarden dicatur, quasi
נָר צְדָן Jeor Eden, Fluvius locum voluptatis
ac deliciarum interfluens.* Conf. ipsius Pharus
V. T Parisiis edita Lib. II. Cap. XVI. pag. 16.
Qvam sententiam octo rationibus roborare
ac confirmare allaborat Heiddigerus Hist. Pa-
triarch. Excerc. IV. §. 42. p. 142. qvibus vero
omnibus unicum tantummodo nomen בָּרֶזֶב
sive Euphrates opponimus, qvem, ceu fluvi-
um οὐτε ἔχοντα, secundum excellentiam & sine
additō sic dictum, principalem in suā ποταμό-
φια representat Scriptor Sacer. Qvod si ita
que ad subterraneos meatus recurrisse suffi-
ceret, qvemvis fermè fluvium assumere, &
pro lubitu, Paradisum collocare possemus. Sed
valeat

valeat nominum allusio !Principalis itaque, ut dicamus quod res est, fluvius è regione egrediens fuit Euphrates , quod ex manifesta stylis Mosaici mutatione videre est: **הַוָּא פְּרָת** is ipse Phrat, observante D. Pfeiffero c. I. pag. 20. Huc apponere verba M. Mulleri juvat: Dieser Principlal-Ström ist der Phrat/welches wir sehen aus dem 14. vers. da gesetzt wird: Das vierde Wasser ist der Phrath/nach dem Ebräischen heißt es: Das vierde Wasser ist **פְּרָת נָוִת** der Phrath selber / gleich als spreche Moses: Das vierde Wasser ist derjenige Fluß der nach Abtheilung des Principlal-Ströms in vier Haupt-Wasser den Nahmen des Ströms behält und Phrath genannt wird / dahin gegen die andern drey Flüsse oder Ströme andere Nahmen bekommen. Conf. Muller. A. Bibl. Hist. II. §. 2. p. 24. Colligimus itq; cum Cl Dn. Hoynoviō c.l. §. X.

Ille fluvius irrigavit Paradisum, in quo monstrare possumus 4. flumina, nominibus Mosaicæ descriptione conformibus. Aequi Euphrates est talis. E. Majore manifesta minorem probamus. Non queritur autem hic loci quomodo fluvius unus totum Par ad: sum irrigaverit, cum id per varios ejus anfractus, per inundationes rivosq; profluentes salvari queat; sed an 4. flumina & eorum nomina ipsi applicari possint.

§. XIX. Fluviorum primus à Mose ita describitur: Nomen unius erat Pischor, qui ambit totam terram Havilæ, ubi est aurum. Et aurum terre illius bonum est, ibidem Bdellium & lapis onyx. Pischor vi ἐτύπω Ebræis dicitur **נְשֵׁפָה** verbo **וַיֹּאֶת** dilatatus est, excrevit, abundavit,

D 3 notante

notante Beccmannō de Orig. LL. p. 440. Conf. Abarbenel. Comment in Thora ad Gen. II, ii. 12. fol. 27. Col. 1. Magnus Daniel Omeisius, Alt-dorfinus Eloqventiæ Professor Celeberrimus, Schediasm. de Quatuor Paradisi Flumin. Cap. I. de Pischorne §. 2. p. 28. §. 4. p. 30. Alias Pasitigris item Basilicus vocatur, testibus Pliniō Lib. VI. Hist. Nat. Cap. 27. & strabone Geograph. Lib. 15.

§. XX. Terram *Havile* Pischorne ambiisse Moses autor est. Qvō nomine non Indiam; sed aliam regionem sinui Persico viciniorē, Susianam puta esse intelligendam, ut observat Dn. D. Pfeifferus dub. Vex. p. 19. §. 4. quæ referente Cluverō hodiè Chufistam, sive Cufistam vulgo nuncupari solet, Lib. 5. Introduct. in Geograph. Cap. XIV. p. 492. Hujus incolas Philosophus Amænus & Geographorum Coriphæus Gravissimus, Strabo χαυλομίς vocat. Sed se Chelfalinos terramque suam Chelfan vocare, seq; in Eden, ubi qvondam Paradisus existiterit, habitare, gloriari memorat. Hornius in Not. ad Sulpit. Sev. Lib. I. pag. 7. Eundem qvoq; situm ex oppositione chavilæ & Sur Ægyptiorum institutæ Gen. XXV, 18. 1. Sam. XV, 7. evincit Bochartus part. I. Geograph. Sacr. Lib. IV. Cap. II.

§. XXI. Siccō, in præsentiarum præterire, pede nequeo, qvōd Josephus Lib. I. Antiqu. Jud. Cap. 2. & alii ipsius Sectatores, qvos, si lubet, citatos vide apud Omeisium d. l. pag.

31. §.

3. §. 5. hunc Pischonis fluvium, Gangem nominant.
Hujus ce autem Denominationis ratio haec est:
Hevila qvibusdam est regio Indiæ (qvod, uti ex
præcedenti paragrapho liquet, falsissimum est)
quia Gen. X. 29. Hevilah & Ophir dicuntur duo
fratres sūisse ex patre. Jectane Oriundi; cùm
verò tempore γλωττοσυ γχύνωσι alias qvæsic-
runt terras, Ophir sedem in Indiā, ubi & Hevi-
lah occupasse fertur. Neque etiam, qvod bene
notandum, Hevila unius generis est Gen. X. 7-
29. XXV. 18. I. Sam. XV. 7. Hinc Pischonem dum
in Indiā collocatum volunt cum Gange confun-
dunt. De Accolis Gangis autem cùm orium
ex Paradiso statuant, ipsum virtute abluendi
peccata esse donatum fide indubitatâ tenent;
atqve inde ipsum maximi æstiment, Stiflerus re-
ferente. Die Mohren und Indianer halten grosse
Stücke auff den Flusß Ganges, und glauben festiglich/
das derjenige Mensch/ so sich darein badet/ von aller
Sünde und Straff vollkommenlich gereinigt/ ja seiner
Seligkeit bey Gott dem Herrn ohnſchulbar versicherte
werde. Derowegen ist dahin ein stetiges Ab- und
zu Reisen von Jungen und Alten/ Mann- und Weibes
Personen das ganze Jahr lang. Vid. Stiflerus c. I.
Cap. XIX. pag. 121. num 4. Etiam de causâ
hujus fluvii aquam lagenis inclusam in regio-
nes longè dissipatas deportant ceu refert
Becmannus Part. I. Hist. Orb. Terr. Cap.
3. §. 17. Qvinimò Mortuos etiam ad Genua
usque demergere assolent, quò rectâ ad se-
dem

D 4

dem Beatorum demigrare valeant, teste Hop-
kinsoniò in Syn. Parad. p. 13. Sed ne prolixiori
Gangis commentatione nostra plus æquo tur-
gescat pagina, pedem hinc exerimus, aliò gres-
sum flexuri.

S. XXII Edellion, cuius mentionem
facit Moses ab Herbarum alias Dictatore, Dio-
scoride Lib. I. Cap. 6. Bdolchon, & corruptius
Bolchon dictum, teste Beccmanno de Orig. LL.
pag. 286. Nonnulli (1.) *ligni* seu *arboru* nomen
esse arbitrantur. Olaus Wornius Bdelliæ, inquit,
arboris seu *ligni* mibi obtigit *ramulus*, *Duarum* un-
ciarum scilicet *longitudine* *craficie* *minimi* *digiti*, qui
arborum *ramulorum* sibi obversorum fragmenta
obtinet in mediò. *Inferiori* parte, *cortice* *nudatus*
est, alter à tenui cinere dotatur, quem stipant Bdelliæ
pellucidi & sinceri fragmenta, iis præsentim in locis,
ubi *ramuli* è *stipite* emergunt. *Substantia* *ligni*
mollis est, *sapore amaria* sculps. &c. Lib. 2. Hist. var.
Rer. Cap. 15. Plinius Bdellium, inquit, *arbor nigra*
est magnitudine oleæ (quod forsitan respiciens Joh.
Lindnerus in Aurifodinâ suâ pag. 268. idiomate
germanico vocat, einen schwarzen Baum / wie
ein Delbaum) foliò *roboris*, fructu *caprifisci*, ma-
turæ *gummi*. Alii (2) *gummie* esse *statuunt*. Celeberi-
mus Rintelensis primò postmodum Kiloni-
ensiū Proffessor Theologus ac Polyhistor Gravis-
simus Dn. L. Michael Watsonius in Theatrō
Var. Rer. Part. I. Tit. XII. de Myrrhā pag. 13.
Bdellium, ait, *arboris bractiana lacrima Balsamum*
succus ex plantâ, quæ instar vitis in valle Jerichô
succre-

succrescit. Et post pauca Bdellium gummi arboris
saracenicæ nigrae, in star olei. Quidam (3) inter
lapides pretiosos numerant. c.l. Dn. Hoynovius
ex Benjamin Tudelensis Itinerariō urbem Catia-
pham in ora Arabiæ felicis juxta sinum Persi-
cum describentis seqventia annotat: *Hic Bdelli-
um invenitur.* Die Mensis Nisan sive Martii 24.
delapsam in superficiem aquarum pluviam excipi-
antque conclusa in maris fundum demittitur, deinde
circ a Tisrī, id est, Septembris medium eō ad maris
fundum homines duo funibus descendentes repulit
illa Collecta educunt, poste agri disseccantes has inde
gemmas depromunt. Additq: memoratus Tude-
lensis, se inde septem dierum itinere in Haou-
lam venisse. Wilhelmus Schicardus in suō
Tarich. Persir. p. 178. כְּרָלָה Bedolach, margari-
tam esse ait, qvō cum conf. Ursinus in Hort.
Aromat. Lib. III. Cap. 3. pag. 202. Ebræi com-
muniter per Crystallum explicant ut R. Salomo
in Lib. Num XV, 7. R. Kimchi El. III, 19. teste
Buxtorfiō Lexic. Hebr. pag. 59. LXX. Interpre-
tes per Bdellium intelligent Carbunculum.
Addē Omeisium c.l. § 8. pag. 36. D. Varenium
c.l. Loc. IX. concl. 1 p. 226.

§. XXIII. Onyx, Hebræis אַנְזָבֵד, di-
citur quod LXX. Intrepretibus est λίθος πρά-
σινος, item βηρύλλος & λίθος σάρδιος, βη-
ρύλλιον, ὄνυξ item σάρδιος ceu Cl. Dn. M. Fried-
er. Lankilius in Concordant. Bibl Tit Onys
observat. Chaldæus נֶבֶת qvod idem ac βή-

eu> In Vulgata lapis onychinus vocatur.
 Cujus generis lapidum hic onyx fuerit, haud li-
 quere fatetur Aben Esra. D. Olaus Wormius
 de hoc lapide ita differit: *Onyx*, inquit, *tamen si à*
calore unguis humani nomen meruerit suum, pro
colorum tamen varietate varias habet species. Sunt
enim nigri prorsus, sunt cum albedine fuscō, flavō,
luteo, subceruleo, corneō, colore miram varia-
rem ostendentes. Lib..I. Hist. Rer. Rar. Cap. 15.
 Observat Vir Honoris debitiergo suprà nominas-
 tus Cl.Dn. L. Watsonius d.l. Tit. XVI. de Lapid.
 Prætios. pag. 20. qvod Genera Onychis ab Ariâ
 Montanô 10. à Jacobô Trezzio autem ultra 18.
 numerentur. Onychēn pleriq; majusculum
 esse dicunt, ex qvō Magnatum confici solent
 vasa. Sic Romanis qvondam ad vasa Ungven-
 taria & Alabastros hic lapis erat, unde Horati-
 us Lib.IV. Carm. Od. 12. canit.

Nardi parvus onyx elicit cadum.

Dignissimum qvoq; notatu est quod ingenio-
 sissimus qvidam Poëta Morbodeus Gallus in
 Euchiridiō suō de lapidibus pretiosis Cap. XLVI.
 fol. 44. Col. 2. habet;

A collō suspensus onyx, digito ve ligatus,
Insomnes lemures, & tristia cuncta repellit:
Multiplicat lites, & commovet undiq; rixas.
Dicitur in pueris multas augere salivas.
Hanc quoq; dant nobis Arabes, dæ & India
gemmaro.

Sardius at præsens sisit tibi, non nocet onyx,
Bux-

Buxtorfius d.l. speciem Aromatis fuisse, quæ ad suffitum adhibebatur, qvam Judæi Germanicè Nagelnwirz vocant, refert pag. 789. Dicitur & alio nomine sardonyx, testibus Pliniô Lib. VI. Cap. 27. Solinô Polyhist. Cap. 68. Consuluntur D. Frischmuth diatrib. de Pontif. Ebræor. vestitu Sacro. D. Christiani de Parad. p. 37. Omeisius. c.l. §. 9. pag. 38. D. Varenius. d.l. Concl. 2. pag. 226. Cœterum qvod de Bdelliô & Onychino lapide dicit Sacra Scriptura, accipimus speciem pro genere. Nam abhuc hodiè videmus, non istis tantum gemmis, sed aliis qvocq; abundare, smaragdis, rubintis, turcis, adamantibus; nam vultures appellationes retineo, inquit, B. Dn. D. Lutherus in, ad Gen. Comment. II, 10.

§. XXIV. Secundus Paradisi fluvius ita delineatur; Nomen fluvii secundi Gihon, i scircumie omnem terram cusch. Subsistendum hic nobis in limine ad nomen Gihonis. Perperam Isidorus Lib XIII. Orig. de Mundo Cap. 21. Col. 2156. & Petrus Comestor Histor. Schol. Lib. Gen. Cap. 14. fol. 8. deducunt à Græcorum vocabulo γη. Melius ex adverso ab Ebraeo ניל guach, qvod Buxtorfio est prodiit, prodire fecit, eduxit, Lexic. pag. 112. derivatur. Conf. Cl. M. Omeisius c.l. Cap. II. §. 1. pag. 44.

§. XXV. NominеNil Gihonem venire in veterata est sententia, à Josepho Antiquitatum Judaicarum scriptore producta. Quem præter alios Valentinus Schindlerus, Beccmannô de Orig. LL. pag. 734. teste, seqvitur. Abyssi.

ni Nilum Gejon vel Gewon appellant, at ex
pervetustò errore id fieri nobiscum agnoscit
Joh: Ludolfus Hist. Æthiop. Lib. I. Cap. 8. n. 28.
Hodie fluvius ille Acracanus, sive, ut aliis pla-
cet Maarzares, dicitur, Müllerò observante
Acerr. Bibl. Hist. II. §. 3, pag. 27.

s. XXVI. Per terram Cusch tractum
infra sinum Persicum esse intelligendum, non
verò Æthiopiam Africanam dilucidè satis evin-
cit Bochartus c. I. p. 1, qvò cum conferri mere-
tur Ludolfus d. I. Lib. VIII. pag. 20. Sic Zipora,
Mosis uxor כוֹשֵׁת Cusitis appellatur, Num. XII,
1, qvæ tamen natione Medianitis erat. Exod. II.
16. Hic duo fluvii, Pischon videlicet, & Gi-
hon in mare tandem persicum se exonerant.
vid. Mullerum I. c. Hist. II. ad Lit. g. p. 31.

s. XXVII. Tertius Paradisi fluvius est
Chiddekel. Sic enim Moses: *Nomen*, inquit,
*tertii fluvii est Chiddekel, qui labitur Assyriam ver-
ju.* Hic vel (1.) ab הַרְרִי וְקָלֵן abaquis subtili-
bus & levibus; vel (2.) à duabus sagittæ pro-
prietatibus קָלֵן & הַרְרִי & קָלֵן acutus & velox dictus.
Quod etiam innuit vocabulum Græcum Ti-
gris in qvod LXX, Interpretes τὸ Λύκη muta-
runt, Medorum idiomate sagittam indicans.
Qui igitur fluvius ob cursus celeritatem isto
nomine gaudet. Unò siqvidem die tantum
intervallum, quantum vel celer Viator septem
diebus absolvit, labitur, ut Schindlerus in Lexic.
Pentaglotto animum advertit pag. 679. Velo-
citatem fluvii hujus etiam versus ex Dionysio
Afrō

Afrô & Ruffo Festò Aviennô à Stephanô in
Cosmograph. Prostometr. Lib. V. pag. 1056. ad-
ducti, indicant.

— — — Ad auroram ripis devolvitur altis
Tigris, aquâ superant quem flumina nulla
rapaci.

Cespitis extenti spatiis citus equora Tigris
Prona rotans & saxa jugis avulsa supremis,
Et totas latè celeri trahit agmine sylvas.

Conf. D. Geierus Comment in Dan. X. 4. pag.
776 M. Omeisius d. l. Cap. 3. §. 2. — 5. pag. 73. 78.
Tigris à Josephô alias *diglæt* Lib. I. A. Jud. Cap. 2,
vocatur, vel etiam *diglisœ*, ut Plinio placet Lib.
VI. Cap. 27. quod Junius in Comament. Gen. II.
n. 43. corruptè positum putat pro Hideltto,
Hodiè *Tigil* dicitur. Cluverusc. l. Lib. V. Cap. 23.

S. XXVIII. Quartus denique fluvius,
nomen fluvii sui *νερ' εξοχην* sic dicti, hoc est,
principalis obtinens, vocatur Phrat. Quod no-
men (1.) ἀπὸ Φὲ ἐν Φραιμινα latificando, a
Linguæ Ebrææ ignaris derivatur, sed minus
comodè rectius (2.) à θῆρα fœcundus fuit Conf.
Omeisius d. l. Cap IV. §. 1. Qvàm sc̄epissimè hu-
jus fluvii meminit Sacra Scriptura idque (1.) ex-
pressè Euphratis Gen. II, & XV, 18. 2. Sam. VIII.
13. 2. Reg. XXIII. 29. & XXIV, 7. Jerem. XIII, 4.
seqq. XLVI, 2. 6. 10. & LI, 63. (2) absolutè flumen
Gen. XXXI, 21. Exod. XXIII, 31. Num XXII,
5. Deuteronom. XI, 24. 2. Sam. X, 16. 1. Reg.
IV. 21. 24. & XIV. 15. plures locos citatos
habet

habet Ravanellus Biblioth. Sacr. sub Tit. Euphrates pag. 548. (3) *Tropicē*, etiam per flumen sive Euphratem Rex Assyriæ intelligitur El. VII. 20. VIII, 7. aliquando (4) cum additō flumen magnum Gen. XV, 18. Deut. I, 7. Jos. I, 4. Apoc. IX, 4. & XVI, 11. Hodie ab ipsis Accolis *Pborat*, quibusdam in locis *Frataha*, in regione Corasa verò *Euphran*. appellatur. Conf. Beumannus de Orig. Lat. Lingv. pag. 440.

S. XXIX. De Propinquitate fluviorum Euphratis & Tigridis, quid referam? Strabo equidem Geograph. Lib. II. Euphratis & Tigridis fontes duo millia & quingenta inter se distare scribit Diodorus Siculus Lib. 2. Biblioth. cap. II. 1500. stadia numerat. Alii ex adverso duūm fluviorum istorum propinquitatem afferunt, ipsosque communem habuisse fontem demonstrant, nec scriptorum ipsis deest autoritas. Sic enim Poetarum ille Princeps Virgilio non multum inferior nobilitate, scientiā, spirituque ingenti illustris, Lucanus Lib. 3. modulatur:

*Quaque caput rapidō tollit cum Tigride magni
Euphrates, quos non diversis fontibus edit
Persis, & incertum, tellus simileat amnes,
Quod potius sit nomen aquis; sed sparsus
in agros*

*Fertilis Euphrates Pharia vice fungitur unde,
At Tigrim subito tellus absorbet biatu,
Occultosq; tegit eurus, rursumq; renaturum*

Fons.

¶(63.)¶

Fons et novum flumen pelagi non abnegat nuditis.
Eadem omnino etiam summus ille Scriptor
ævi sui omnium *καὶ Φαῖ* (G.), Boethius refert,
cūm Lib. V. de Consol. Philosoph. Metrō I.
hunc in modum canit :

Rupis Achameniae scopulis, ubi versa sequentur
Pectoribus figit spicula pugna fugax.
Tigris & Euphrates uno se fonte resolvunt,
Et mox ab junctis dissociantur aquis.

§. XXX. Longitudinem ac Latitudinem Paradisi, quasi ipsum essent emensurati describunt (1.) *Judei*, & dividunt in septem mansiones, quæ singulæ in latitudine 10000, in longitudine vero 10000 milliaria complectuntur, & in quintâ Messiam & Eliam commorari dicunt, ceu refert Munsterus Lib. I. Cosmograph. Cap. 30. (2.) Alphonsus Tostatus, qui Gen. 13. Qv. 98. Longitudinem circiter duodecim milliarum (Italorum), ambitum vero triginta sex, vel quadraginta fuisse opinatur. Conf. B. D. zeemannus Tract. de Imag. Dei, Cap. XIV. Artic. I. pag. 278.

§. XXXI. Valeat erronea ista sententia de emensurando Paradiso ! Quid i., quod de ipsius Longitudine ac Latitudine distinctâ pluribus querere labor magis curiosus quam fructuosus est, cum (1.) quia in sacrâ scripturâ de utrâque altum est silentium ; tum etiam (2.) quia ob generale orbis terrarum *κομικόν* nihil certi de hac questione determinari potest,

test. Quod si autem quispiam, ut hortum istum suis terminis exacte circumcribamus nervosè, postulet, ab eo, ut illum nobis sit integrum, qualis ante diluvium fuit, vicissim postulatus; & tunc non deerunt Geographi, qui & Longitudinem & Latitudinem ejus definiant.

§. XXXII. Hinc fluit quæstio: Num *Paradisus*, tantæ hominum multitudinis, quatenus in statu integratæ permanissent, capax fuisset? Quid ad hanc quæstionem sit respondendum, ex M. Samuele Dieterichio audiamus, qui ita scribit. Ob zwar diese vier Wasser einen grossen geräumen Platz oder Begriff des Paradieses machen/ so möchte doch mancher zweifßen/ das so viel tausend Menschen an einen solchen Ort Raum gehabt hätten. Einige antworten: Gott werde bey Vermehrung menschlichen Geschleches auch den Gärten erweitert haben/oder sie wären auch nach gerade gen Himmel auff genommen worden. Andere aber bedenkten/ das Gott schon zuvorgewußt/ daß Adam und Eva bald fallen/ und dieses Eustreviers sich unwürdig machen würden. Indessen aber hat doch Gott denen ersten Menschen in Anschung ihres damahligen Zustandes das Paradies eingeräumet. Haec Dieterichus in *Cornu Cop. Dispos. Homil.* pag. 518. *Conf. Zeemannus dicto loco* pag. 278, utrumque facile concedere possumus. Neg, *Paradisus* sedes homini perpetua esse debuit ut tantum in horro illo habitaret, qui utique capax non fuisset omnium hominum οὐ γένοντας, *ad quid condit a fuissent cetera extra Paradisum, aut quomodo in usum Hominis cessissent*

cesserent, si homo conclusus intra Paradisum mansisset?
 Fuit ergo Paradisus tanquam arx aliqua in orbe, sed
 des & habuero Adami; ex qua in reliquam ter-
 ram prodire, eamque lustrare posuit Gen. I. 26. 28. 29.
 recte qvondam judicavit B.D. Calovius in Com-
 ment. ad Gen. II. 15. 17, pag. 262. Sed claudamus
 rivos, sat prata biberunt!

CAPUT. IV.

De

FINE PARADISI.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---|
| 1. Regiae inhabitatio. | derit? |
| 2. Hortii Cultura. | 13. Brutane ante Protoc- |
| 3. Ejudem Custodia | plastorum nostrorum |
| 4. Picturæ Exercitium. | lapsum dono lingua |
| 5. Vitam & Sanitatem con- | gavisa? |
| servandi medium. | 13. Fuerint ne etiam bru- |
| 6. Symbolica Paradisiæ. | ta cum Protoplatis in |
| lesta adumbratio. | Paradiso? |
| 7. Lex Paradisiaca qualis? | 14. Num Adam nomina bruc- |
| 8. Protoplasmum lapsus. | torum codicillo assigna- |
| 9. Serpens, qui Evam se-
duxit, qualis? | verit? |
| 10. Num serpens sonò ex-
ternò idque articula- | 15. De Manu codicil. Aseu Ave
Paradisiaca. |
| to; num verò per sug-
gestionem cum Eva sit
locutus? | 16. Quam diu Protoplasti
incoluerint Paradisum |
| 11. Cur Eva serpenti credi- | 17. Quid pbris חַדְרָיִם
ad ventudie noierit |
| | 18. Hominem, cur Deus ab
arbore |

(.66.)

- arbore vita prohibue-
rit ? post ejectionem e Para-
diso , substiterint ?
19. Cherubim quales fue-
rint. 23. Num Paradisus adhuc
superfit ?
20. Gladius versatilis ac 24. Enochus & Elias an in
flammew, quem Che- Paradiso degant ?
rub eenuit, qualis ? 25. Vera tandem senten-
21. Quam diu illic manse- cia affertur ac stabilitur,
rint. 26. Epilogus cum Epiphoo.
22. Ubi nam Protoplasti, nemate subjungitur.

§. I.

Regiae Inhabitationem qyod spectat,
Moles de hac ita loquitur : *Tulit ergo*
Dominus Deus Hominem, & posuit eum in
Paradiso. Gen. II, 15. *Per Hominem hic loci*
homo omnium primus, Adam, decujus crea-
tione Gen. II, 7. agitur, intelligi debet. Hunc
conditor ille Rerum Maximus, Orbisque Re-
pertor, Deus extraParadisum creavit; creatum
postea inParadisum locavit, locatum confirmá-
vit. Modus verò Introductionis Adamiticæ
nos omni ex parte fugit. Unde judicis Mülleris,
qui hoc de arguento egregie admodum dis-
serit, acqvielcamus : Auff was Ahrt dieses ge-
schehen sey / ob nemlich Gott den Menschen von der
Hand genommen / und in den Gartien geführet / oder
ob er ihn habe durch einen Engel hinein führen lassen /
oder ob er es ihm durch einen Trieb des H. Geistes habe
ins Herz gegeben / daß er hinein gegangen ist / wie etwa
von Christo sehet / däher von dem Geistin die Wüsten
geföh

geführt worden/ Matth. IV. 1. Oder ob er ihn hab
weggezückt / und durch die Lust geführet / wie etwa
dem Philippo geschah / Act. VIII., 39. das wissen wir
nicht / es ist auch nicht viel daran gelegen. De Ex-
cellentiā verò ac Majestate Primi Parentis no-
stri. Adami, è diverticulō subjungit Autorjam-
jam allegatus', qvando ulterius progreditur:
Also saß nun Adam/ als der größte Prinz und König
in einer so schönen/herlichen/angenehmen und lustigen
Residenz : Denn eine solche Wohnung gebührte
einen solchen / der nicht nur ein Herr der Welt war/
sondern auch mit grossen Gaben des Gemüths/ hoher
Wissenschaft/Herrlichkeit und Gerechtigkeit/und dar-
neben/was den Leib antraff/Unsterblichkeit und Schön-
heit in dem Stande der Unschuld prangete. Da könnte
er erkennen / was vor Güte der große Gott an ihm
gerhan hatte/ in dem er ihm nicht hatte lassen draus-
sen bleiben an dem Ohre/an welchen Er ihn erschaffen
hatte / sondern hatte ihn in dieses vortreffliche Re-
vier gesetzt / und sollte daher Gelegenheit nehmen/ sei-
nen Schöpfer und Wohlhaber desto mehr gehorsam
und Ehre zu erweisen. Hactenus ille in Acerra
Bibl. Hist. 3. §. 1. pag. 34. Neq; enim solus in isto
Edenis hortō commorabatur Adam, sed ade-
rat etiam ipsi uxor iuvavissima nomine Eva,
qvam, si historiæ Mosaicæ seriem sectemur,
Deus in Paradiso formavit.

s. II. Duos autem fines hominis in Pa-
radisum translati exprimit Moses, nempe illum
(1.) *colere*, & (2.) *Custodire. Cultura consisteret*
proscissione, irrigatione, satione &c. Neq;
Ez enim

(68.)

enim Deus ante lapsum hominem otiosum, sed
cum *ār̄m̄pt̄a n̄ḡ d̄v̄p̄t̄a* ei primum suppete-
rent omnia, honestis laboribus occupatum
esse voluit. *Cultura* tamen horti non erat labo-
riosa; verum deliciosa, & mentem Prudentiū ma-
gna atq; utilia commonens, utilioqvitur Famigera.
tissimus Hippomensium Episcopus, Augustinus
Lib. VIII. de Gon. ad Lit. c. 10. Cultura pro-
fectò Hortorum liberalis animi est exercitium,
ubi non Physicam solum herbarum contem-
plationem; sed Theologicam qvoq; Mystago-
giā, de Justis ceu Arboribus fertilibus in do-
mo Domini plantatis Ps. I, 3. & XCII, 14. Jer.
XVII, 8. & de spirituali plantatione I. Cor. III, 6.
de pluviā verbi Ps. LXVIII, 10. Es. LV, 10. & Be-
nedictione Domini I. Cor. III, 8. sine quā labor
omnis inanis est, habemus.

§. III. Accedit huc, quod simul *Cœ-
stodia* ipsi fuerit in juncta, quæ tam (1.) in Conser-
vatione dignitatis Paradisi; quam etiam, ut non-
nullis placet (2.) in arcenda feria, Consistebat,
qvibus tamen solō nutu & voce Adam tum im-
perasset. Conf. D. Calovius ad h. l. pag. 263.
Custodire ergo debebat Paradisum, non, ut non in-
vaderent, sed ut non noxia essent, & Culta protere-
rent vel vasa rem bruta, ait D. Varenius Decad.
Gen. ad h. l. pag. 229.

§. IV. Exercitium insuper Pietatis ha-
bebant Protoplasti in Paradiso. Arbor enim
Scientia boni & mali ibidem aderat, ubi spiri-
tualiter qvid bonum qvidve malum eiset,
agnos-

agnoscere & dignoscere poterant, Confer
qva notavimus Cap. III. §. XIV. pag. 48.

s. V. Conservatio vitæ & Sanitatis ex
Arboris vitæ usu, esu & effectu fluebat, uti su-
pra Cap. III. §. VII. pag. 43. monuimus.

s. VI. Symbolica Paradisi Gœlestis ad-
umbratio erat, in qvō liberi a peccato, morte, &
omni periculō, colloquiō Dei familiarissimo
gavisi, fluminibus vivis recreaturi, & arbore vi-
tæ fruituri simus, ceu ostensum est Sect. I. §. XII
num. 2. pag. II.

s. VII. Lex Paradisiaca hæc erat:
Dedi tibi omnia & de hac arbore non comedes. Quā
admonebatur, cum Eucharistiâ concessis uten-
dum, cum obediētiâ verò a prohibitiis absti-
nendum; adeoque non juxta proprium arbi-
trium, sed juxta verbi Divini præscriptum vi-
vendum esse, ad quod religionem & cultum su-
um alegatum voluit Deus.

s. VIII. Protoplastorum Lapis à
Mose Gen. III. à 1. ad 7. usqve describitur. Se-
ducti a Satanā desciscunt a Conditore & Bene-
factore suo, Deo T. O. M. Dum edendo de ve-
titâ Scientiæ boni & maliarbore enormiter pec-
cant, ea etiam propter concreatâ Justitiâ ac In-
tegritate spoliati, peccatoq; corrupti possesso-
ne Paradisi, hoc est, uberrimi et amenissimi
horti, ab ipso Deo plantati depelluntur, ad du-
ros gravesque labores & dolores per omnem
vitam exantlantes condemnantur.

E 3. 11. 11. IX.

§. IX. Cùm autem Eva dicatur seducta
a Serpente, quæritur: Qualis fuerit Serpens?
(1.) Ophitæ colubrum illum ipsum Christum fu-
isse asserere non dubitarunt, unde vivo cuidam
serpentipanem Eucharisticum lambendum pri-
us exhibuerunt, teste Augustinò Lib. i. de Hæ-
ref. ad Qvod vult Deum hær. 17. Abusi sunt typô
serpentis ænei a Mose in diserto errecti. Num.
XXI, 9. & oraculo Christi Joh. III, 14. ex quo
eum serpentem & vulnerantem & sanantem
vocârunt. Conf. D. Cramerus Arbor. Consang.
Hær. Class. i. Cap. XII. pag. 91. Sed res absurdia-
tatis plena ultrò citròque cedit. (2.) Aben Esra
de nudô serpente naturali intelligit. (3.) Philo Ju-
dæus Lib. ~~επι κοσμονομας~~ allegorizans per
serpentem Voluptatem intelligit. Conf. Gesne-
rus in Gen. Cap. 3. Q. 1. pag. 91. Cabballistæ Ebræ-
orum simpliciter ~~Satanam~~ intelligunt. (4.) Theo-
logi Orthodoxi vulgo, Serpentem Diabolo obseßum
eoque ipso pro instrumento usum fuisse statuunt.
Quemadmodum Angelus per Asinam cum Bi-
leamò. Num. XXII, 32. sic Diabolus ~~αρθρω-~~
~~τονος~~ ille acerrimus cum Evâ locutus fuerit per
serpentem verum & naturalem, judice D.
Friedlibiò Obs. Bibl. ad h. l. pag. 233. & Class. VII.
Qv. 7. p. 244. Medull. Theol. de Laps. Prim. Hom.
Qv. 2. & 3. pag. 333. D. Pfeifferus Dub. Vex. Cent.
1. Loc. VI. Qv. 1. pag. 21. vide & Disputationem
nostram de Morte & Statu Animæ separatæ.
Sect. II. §. VI. pag. 10.

§. X.

§. X. Sonōne externō atq; articulatōnum
verò per suggestionem cum Evā locutus fuerit serpens? Per sibulum locutum esse putat Augustinus: In
quā, inquit patas lingvā serpens locutus est ad mu-
lierem? serpenti utiq; ore. Si enim hodie non deo-
funt quilateratus canum intelligunt, & luporum ulu-
latum, & barriū elephanticorum, & cantum gal-
lorum: quare non magis rūdis adhuc mulier scire &
intelligere potuit sibulum serpentis? Nam & con-
stat Diabolum ejus lingvā uti, cuius corpū in traverie
nec aliter falleret mulierem. Verūm nos, his
omissis, Diabolum sermone effectō, articula-
tō & humanō per serpentem cum Evā collo-
cutum esse, nihilo tamen minus animum intus
venenatis quoque spiculis vulnerasse, & per ver-
ba, ceu per escam virus suum ipsi immisssis
statuimus.

§. XI. Non secūs Diabolus serpens
ac si ille, qui in Comædiā repräsentat Regem ita
appellaretur; vellatro sub larvā Monachi com-
mitteret furtum & deinde ludibrii causa pro-
pter assumptas vestes vocitaretur Monachus,
uti ait Hugo de S. Victore Tom. I. in Annot.
Eluud pag. 12. Diabolum hunc, qui serpentis, ceu
equo insederit, fuisse Samaēlem R. Maimoni-
des Mor. Nev. p. 2. Cap. 30. censem. Evaverò ser-
pentē esse obsecrū sive scivit, sive non? Si nescivit,
num ergo putavit brutal loqui; si vero scivit, cur
Diabolo credidit? Resp. nescivisse videtur Eva,
serpentem a Diabolo obsecrū esse: ideo tñ. non
putavit brutal loqui ut Cyrillus, Procopius & calii
statuunt, sed nihil mali suspicata, Angelum bo-

num opinata loqui, quæ de lapsu rāv s̄egevōtērō
nihil adhuc audivisset. Conf. Dn. D. Danhauerus
Cat. Consc. Part. I. p. 5. Glassius Select. Mol. p. 268.

§. XII. Num Bruta ante lapsum Proso-
plastorum donō lingue fuerint gavis? Qværitur.
Resp. Neg. Facultas enim loquendi nemini,
nisi soli creaturæ nobilissimæ competit, ipsius-
que proprium est. Nec obstat: si post lapsum
sunt locuta, quare non etiam ante lapsum, Hi-
storiæ enim satis obviæ sunt. Sic de Afinō, qvō
Bacchus vectus fuerat testatur Hyginus Astro-
nom. Lib. 2. in Cancrō. de Phrixī Ariete, cum
Helle in Hellesponto submergeretur, Apollo-
nius refert lib. 1. Argonaut. de Bove refert
Moschus in Europ. de Achillis Eqvō Ho-
merus iliad T. ad fin. testis est. De Agno, Boc-
chare in Ægyptō regnante, Eusebius, Svidas,
Ælianuſ Lib. 12. Cap. 3. ὅμηρος sunt. De Ca-
ne Armini C. Mariō & C. Flacco Coss. Julius
Obseqyens de Bove Valerius M. Lib. 1. Cap. 6
Livius Lib. 24. 27. 28. 35. 51. & Plinius Lib. 8. cap.
4. testantur de Elephante Pori, & aliis alii refe-
runt. Sed ejusmodi fide historicâ accipimus
non nescii, qvām Dei simiam Diabolus se sifstar.

§. XIII. Oritur porrò qvæsitum: U-
trum bruta fuerint inParadiso? Contra Damasce-
num de Orth. Fid. Lib. 2. Cap. II. qui solum o-
mnium Animalium Hominem fuisse in Para-
diso statuit, affirmativam amplectimur senten-
tiā: Adduxit Animantia ad Adam Gen. II, 19.
ait Moles. Nonnulli (i.) autumant Deum o-
mnia

mnia Animalia in istō locō, ubi erāt Adamus,
produxisse, Alii (z.) Contra putant Animalia
non in uno tantum locō, sed in pluribus locis
per totum terrarum orbem ex terra per ver-
bum Creatoris prodiisse, Deum verò ea per
omnipotentiam suam Adamo juxtim stetisse.
D. Calovius System. pag. 1067. D. Micraelius in
Scripto cui Titulus: Monstrosæ de Præ-
Adamitis Opinionis abominanda foeditas de-
monstrata §. 10. Et, qvomodo Adam Ani-
mantibus dominari potuisset, si nulla ipsi in
Paradiso præstō fuisse. Conf. Kirchmayerus
c.l. cap. IV. §. ult. pag. 56.

§. XIV. Hic ὡς τρόπῳ notamus,
qvod ex ἀρμάθεια sole meridianō clariis pa-
teat, Adamum non instar infantis ceu Pueri
rudem, ut Sociniani fabulantur Conf. D. Ca-
lovius Socin. Profi. Sect. IV. Artic. I. de Stat.
ante Laps. Controv. I. pag. 225. sed sapientiā
tantā, quantā nullus Mortalium ornatus, præ-
ditum fuisse. Figmenta ergo sunt Muliercu-
lis haud indigna: Nomina illa actutūm eō
ipso tempore, qvō imponebantur, codicillo,
ut nomenclatura aliquā conscriptā ab Adamō
consignata fuisse, ut memorā tenerentur, &
ad Posteros transirent. Verū enim verò, qvem-
admodum ex Sapientiā concreata penu nomi-
na illa animalium naturis correspondentia
deprompsit, ita retinere sine libris ea potuisse
Adamum, & beneficidι μαρτυρίσηται suæ
propagare ad Posteros, dubitandum non est.

§. XV. Avis Paradisiaca, quæ alias Manucodiata audit, qvod si interpreteris, est avis Dei, a Moluccarum insularum Incolis, ubi ejusmodi avis degit, reverenter habetur, qvid? qvod certo credunt Incolæ, non vulneratum iri eos in prælio etiam si in primâ quoq; stent acie, qvi illarum tantummodo pennas secum portant. De staturâ illarum Ulysses Aldrovandus refert, qvod nulla hirundinis magnitudinem excedat. In Gottorfiensi ut & Dresdeni *εἰωπικοθαυματρηγηματομόνος* verbo Vechnerianô, reservantur Manucodiatae, de illis Olearius c.l. Lib. 3. fol. 227. de his Cl. qvidam Vir in descriptione Manucodiatae Dresden transmissa apud Dn. Kirchmayerum, in deliciis æstivis pag. 166. referunt, ubi Peculiaris Exercit. II. de Manucodiata est, cui adde, si libet, Gerhardi Mercatoris Atlantem Minorem de Insulis Moluccis pag. 572. & Aldrovandi Ornitholog. Lib. XII. Cap. 21. pag. 400.

§. XVI. Qvam diu autem Protoplasti incoluere Paradisum, neque historicè vel etiam arithmeticè propriè determinare possumus, si qvidem perpetuò ignoratur. Interim dantur nonnulli qui peccant vel (1.) in defectu, qui tempus mansionis nimis abbreviant; vel (2.) in excessu, qui illud nimis prolongant. Indefiniti, inquam, peccant Illi (1) qui trihorium duntur felicitatis primæ partipem *πρεμιστάρεσ* faci-

(75.)

faciunt, conferatur Stratemannus Theatr. Histor. pag. 5. (2.) Judæi, quippe qui consveto more ridicula admodum tradunt, dicunt: Deuni horâ 1. Sexti creationis Diei formationem Hominis sibi proposuisse; horâ 2. Angelos hac de re consuluisse. Horâ 3. pulverem, ex quô ipsum esset conditurus, comportasse, horâ 4. aquam affudisse. horâ 5. lumen quasi depsuisse, horâ 6. Corpus formasse, horâ 7. animam inflasce corpori, horâ 8 hominem in paradisum Collocasse, horâ 12. Præceptum de non edendo de Arbore scientia boni & mali ipsi dedisse, horâ 10. Protoplastos peccasse, horâ 11. Pœnam dictasse; horâ denique, 2. Protoplastos penitus ex Paradisi horto expulisse. (3.) Cerenus qui cum Chrysostomo sentit hominem unde eodemque die & Constitutum & destitutum advescerascente scilicet. (4.) Pererius, & qui cum ipso faciunt, octavo a natali suo die expulsum judicant. Conf. Calovius Comm. in Gen. pag. 441. In excessu verò peccant (1.) illi, qui tot annos in Paradise fuisse Protoplastos afferunt, quot suum Ministerium Christus in his terris obivit. (2) qui septem (numerò rotundò ac Sanctificatō usi) larguntur annos. (3.) Quicquidem Annos Adamum in horto vicitiasse contendunt. Enim verò Uſſerii sententia omnium probabilissima nobis videtur, quippe qui decimo creationis die autumat Protoplasto expulsos esse, ut adeò triduum ad minimum in statu felici exegerint: & disputat

sputat de eo per quām operosè Gatakerus in Cin-
nō pag. 192. moram statut in quō a Deo primum
conditus fuit Adam, diurniorem quām uni-
us dieculæ tribuendam esse, quod ea omnia,
quæ Moses narrat unius diei spaciò peragi non
potuerit. Nec omnino improbamus atq; rejici-
mus Opinionem qvrorundam Patrum; Adamum
altero post creationem suam hebdomade eō
iplō die, qvōd Adamus secundus, Christus scilicet
pro humano genere passus fuerit, eā atq;ve ipsā
horā, circa quam Christus obiit, nempe IX. juxta
Judæorum computationem, hoc est hora III.
post meridiem secundum nostrum horologi-
um, ex Paradiso esse expulsum, statuentium;
sed audiamus insuper Celeberrimum Dn. Kirch-
mayerum hac de re ita differentem: *Nos, si*
quod ferre debemus, inquit, seu possumus judicium,
citra iacturam Veritatis hoc modestissimè ponemus:
Sexto Creationis die, creatus ex terra limo est Ad-
amus. *Septimō, solenne Sabbathum, Deo hominīg*
gratas ad quietem ferias reliquit. Post id tem-
pus adducta omnium generum animalia à Cosmo-
plaste Genitori primo sunt, ut nomina naturis ad
emissim apia, imponeret unicuique. Non id intra vel
triborium vel diem unicum (quauq; miracu-
losa fere animalium coacervatio videri queat)
propriez tot reptilium volatiliumq; ac gressuum o-
mium generum myriadas expedire ab Adamo pos-
tuit, inde in altissimum soporem actus Adam, pos-
quam evigilasset iteram, sociam juxta se dcprehen-
dit pariter & agnoscit suam. *Non haec unica ab sol-*
vic

(77)

vit lux acta, aut nox unica forte. Oportet faciunt
ut concedamus aliquod; ac illud tamen per breve.
Actum enim insequebatur lapsus. Conf. Kirch-
mayerus de Paradis. Cap. IV. §. IV. pag. 42.

§. XVII. Quid notat phrasis: רוח הנח
ad ventum Diei? Omissis Diversis Diversorum Opin
ionibus dicimus, quod hac phrasim tempus ve-
spertinoproximum describatur, nimirum, cum
Zephyro spirante in tepidioribus maximè locis
refrigeratur dies. Non alieni à nostrâ senten-
tiâ sunt R. Onkelos, Theodosius, Irenæus no-
tantibus D. Calovio ad h. l. pag. 387. & Magnif.
Dn. D. Pfeiffero Dub. Vexat. Cent. I. Loc. VII.
pag. 24.

§. XVIII. Quod Deus esum arboris
vitæ concedere denegabat, id ex affectu nem-
pe paterno (α) factum, ut ærumnosè vi-
vendo ad Coelestia adspirent potius, quam sva-
viter degendo insolecant; partim (β) etiam,
ut vitam hanc ærumnosam citius finiant,
Conf. D. Chemnitius Disp. IV. De Arb. Vitæ. §. 4.
Mea hic faciam, quæ Irenæus Lib. IV. Cap. 37. ha-
bet, ubi inter alia his utitur verbis: *Non invides*
Deus homini lignum vitæ, sed misericordia ejus, quod no-
per se feraret semper transgressor, neq; immortale,
quod erat circatum, & malum ininterminabile Conf.
Calovius c. l. pag. 439. Pfeifferus d. l. Gent. I.
Loc. IX. pag. 32. Quin ipse causam insinuat, nem-
pe ne vivat in æternum, quali diceret: *nemise-*
ram illam vitam, in quam per peccatum inciderat,
es fructuum ex hac arbore nimirum prorogat,
Conf.

Conf. D. Friedlibius Obs. Bibl. in Gen. Qv. 86.
pag. 34. Col. 1.

S. XIX. Crimine patratō mandatoq; de arbore vetitā non edendō transgresso, exhortō voluptatis nobilissimo Protoplasti ejecti, & ante paradisum Cherubim sunt collocati. Discipitatur porrō quales fuerint, sive quid per Cherubim Paradisiacos intelligendū? Maxime probabile est, Cherubim propitiatoriū forma juvenalatorum fuisse inquit Dn. D. Pfeifferus Dub. Vexat. Cent. I. Loc. XC VIII. pag. 239. & Loc. X. pag. 34. Scribit: Cherubim fuerunt Angeli boni custodiae Paradisi ad tempus certum praefecti, qui Protoplasti, regressuris ad Paradisum flammis fulgureis ceu gladiis hinc inde vibratis, terrorem incuterent. Conf. Liebentantz. Exerc. II. Cap. 3. de Cherub. Propitiatori. §. 4

S. XX. Gladius versatilis ac flammeus, quem Cherub. tenuit, qualis fuit? Manasse Ben Jſraēl per gladium versatilem infernum intelligit, de Creat. Problem. 19. pag. 77. Ruperthus purgatorium, uti observat D. Pfeifferus c. I. Loc. X. pag. 34. Hebræorum Lahat hachæræb haminitappæchæth Chaldaeus acutum gladium versatilem LXX. interpr. Φλογίνην πουΦαῖον. Pagninus aciem gladii versatilem verterunt.

S. XXI. Qvamdiu autem Cherubim illuc permanerint? qværitur; B. Lutherus, custodiam hanc Paradisi ad diluvium usq; durasse censet, ut scilicet memoriale qvædam extaret apud omnem posteritatem tam miseri atque cala-

calamitosi lapsus. Verba Lutheri adducta habet Müllerus loco sc̄epissimè notatō Hist. V. §. 3. pag. 61. Es ist sagt er/ diese H̄ut oder Bewahrung der Engel gehalten worden bis zur Sündfluth/ (welches dann in die 1656. Jahr wäre/) auff daß ein gewisses Denkzeichen eines solchen jämmerlichen und elenden Falls zu allen Zeiten bei den Nachkommen bliebe / wie hernach zu allen Zeiten blieben ist der Psuhl zu Sodom / item/ die Salz-Seule ; Denn solche Gedenckzeichen müssen wir haben umb unser Faulheit und Unachtsamkeit willen. Nach der Sündfluth aber ist der Paradiſ mit den Engeln um diesen Schwerd verschwunden / (andere sagen / der Paradiſ sey durch die Sündfluth ruiniret worden/) denn da hat die neue Welt / auch neue Tempel haben müssen/ die ihr näher und bekandter gewest sehn / und die Sichern mehr getroffen und geschreckt haben etc.

S. XXII. E Paradiſo, in quem translatus a Deo est Adam, post lapsum ejectus, ut agru coleret, quovsum se contulerit, non refertur. Ad hunc locum B. Lutherus ita differit: Sentiuunt nonnulli Adam creatum in agro Damascenō, & posteā pulsū propter peccatum, habitasse quoq; in Palæstinā, ita, ut medium Paradiſi fuerit, ubi postea Jerusalem, Bethlehem, & Jericho fuerunt, in quibus locis Christus & Johannes plurimum vixerunt, diluvii ea vastitas est, quo & montes, & flumina, & fontes fluminum mutati sunt. Ac potest fieri, ut ubi postea calvario locus fuit, in qvō Christus se obtulit pro peccatis mundi, ibi stante adhuc

Para-

Paradiso fuerit illa arbor scientiæ boni & mali,
 ut ita respondeant sibi, qvod ad locum attinet,
 mors & terditio per Satanam, & vita ac Salus
 per Christum parta. Daniel quoq; non fru-
 strâ utitur novâ phrasî cap. IX. Et finis ejus erit
 in inundatione quasi dicat: Prior Paradisus per
 diluvium disjectus & vastatus est, iste alter Para-
 disus, in quo redemptio facta est, vastabitur per
 nundationem Romanorum. Convenit au-
 tem cum his cogitationibus etiam illud, qvod
 sicut Babel fuit exitio Judaico populo, ita sta-
 tim hoc malum cœpit, ut Cain & sua posteri-
 tas eam partem terræ habitarint, ubi postea
 Babel condita est. Cain enim profugus petiit
 Orientem, ita ut discernerentur Cainitæ à Po-
 steritate Adam per Paradisum in *medio possum*.
 Subjungit etiam Megalander noster Lutherus:
Sunt bæ meæ cogitationes & conjecturæ ex Pa-
tribus partim sumptæ, quæ, si non veræ tamen
& probabiles sunt, & nihil habent impium.
 Nam Noah post diluvium longe aliam totius
 terræ faciem vidit, quam anteâ. Disjecti enim
 sunt montes, rupti fontes, mutati cursus flu-
 minum istâ immensavi aquarum gravitantium.
 Hactenus ille in Gen. IV. fol. 89. Adde Chem-
 nitii Qvæst. in Gen. ad Cap. 2. Qv. 3. Müllerura
 c. l. Hist. IV. §. 2. pag. 46. De Adamo in monte
 Golgatha sepulto, qui à Calvariâ Adæ nomen
 habet, tradidit Tertullianus in Carm. Lib. I. l. c.
 Marc. c. II. Plures, qvhanc foverunt senten-
 tiam, Autores citant Gerhardus Harmon. E-
 vang.

vang. in Pass. c. 13. & Vossius Harm. Ev. pag. 256. quam tamen sententiam non omnes probant. Conf. Antonii Bynæi Secreūtigter Christus Cap. XXII. § XVIII. pag. 678.. Enim verò nos cum B. Calvio Comment. in Gen. III. 24. pag. 440. eam ipsam in medio relinquisimus.

§. XXIII. Tempus Initiationis Paradisi Sect. II. Cap. I. §. VI. pag 18. consideravimus, jam ad Durationis progressuri sumus Tempus. Quæstio igitur hic perquam trita occurrit: Num verò hodienum adhuc superstes sit? Dantur equidem nonnulli, qui Paradisum ab universali cataclysmo omnem terram inundante intactum mansisse defendere conantur, quid? quod & testibus probare ac verificare student. Successu tamen minus secundò. Qvorum ex, numerò primas tenet Guilielmus Parisiensis qui inter alia Lib. I. de Universo Fol. 59. hunc in modum differit: Sunt quoque de eo (Paradiso) narrationes Historiographorum ac testimonia experimentatorum, qui eum se vidisse testati sunt, & Posteris tradiderunt. Sic etiam de Rabbinis in Libro Cosri, (qui Colloquium sive disputationem de religione continet habitam ante nongentos annos inter Regem Cosareorum, & R. Isaacum Sangarum, Iudeum, quam collegit, in ordinem redegit, & in lingua Arabicâ ante quingentos annos descriptis R. Jehuda Levita Hispanus, Civitate Ierichuntinus; & Buxtorfius, filius, tandem Latinâ versione & notis illustratam Basilez An.

no 1660. edidit,) part. III, num. LXV, pag. 245.
 legimus. Quatuor ingressi sunt Paradisum. Unus eorum curiosus inspexit, & mortuus est. Alter, quam primum inspexit, mente captus, vel in ectasie raptus fuit. Tertius inspexit & abscedit plantas. Quartus ingressus est in Pace. Qvisnam autem ille fuit? R. AKIVA. Quid vero de Paradiso ille retulit Mullerus in Acer-
 râ Bibl. Hist. V. §. 4. p. 62. annotatum habet:
 Es waren im dem Paradies 7. Wohnungen / deren
 jede 100000. Meilen lang / und 10000. Meilen breit
 wäre. In der fünften wäre der Messias / welcher gerne
 wolte in die Welt kommen / aber wegen der Sünden
 des Jüdischen Volks wäre Er in den Haaren der Eva
 verwickelt / daß er nicht fortkommen könnte. Dar-
 um betrübt Er sich sehr über den elenden Zustand der
 Jüden / allein Elias stünde bei Ihm / und spreche ihm
 fleißig Trost zu. Wenner aber (der Messias) kommen
 würde / so würde Er seinen Freunden / den Jüden / ein
 köstlich mahl in dem Paradiese ausrichten / in dem
 Er würde schlachten den ungeheuren Ochsen Behemoth / der im Paradies weidete / und den ungeheuren
 Fisch Leviathan / der in dem Strohm des Paradieses
 wäre / und würden alle Wasser des Paradieses mit
 Wein fressen. Conferatur Buxtorfi Syntag. Ju-
 daic. Cap. 50. pag. 271. Helvici Disp. 13. Tom. 4.
 Giess. p. 221. Sed in Libro Sanhedrin C. II. di-
 citur , Messiam , qui quidem sit natus , sed non
 dum manifestatus , commorari Romae , sub
 porta urbis , sedentem inter pauperes & lepro-
 sos afflictum & ægrum : quod Sarcastos Dia-
 bolem.

bolorum Lutherus appellat. Alibi referunt Ju-
dæi, Messiam delitelcere ultra Montes Caspi-
os &c. Dicunt etiam Judæi Angelum Mortis
nomine Sammaelem , (qvem ex Rabbinorum
Monumentis in Disp. nostrâ de Morte & Statu
Animæ Separatæ Wittebergæ An. 1693. d. 17.
Januar. habitâ descriptum dedimus Sect. II. §.
VII. p. ii.) cuidam Viro apparuisse, nomi-
ne Josuæ, filio Levi Doctori, eiq; dixisse: ad
hoc venisse me scias, ut animam tuam suscipi-
am & moriaris. Illum autem dixisse: nequa-
quam, qvod commones, faciam, nisi prius
mihi Paradisum ostenderis , Angelum igitur
suscepsum eum super alis suis duxisse ad lo-
cum, unde videret Paradisum. Callidum autem il-
lum Josuam de alis Angeli delaplum ceceditisse
in Paradisum; At Angelum, qvòd ita deceptus
fuisset, doluisse, iratōq; nimis vultu dixisse: e-
gredere, ut moriaris ; sed respondisse illum:
nequaquam egrediar. Cumq; secundâ ac ter-
tiâ vice id ipsum magnâ voce & clamore re-
petentem Angelum neglexisset, commotum
maximoperè Angelum ad Deum perrexisse &
questum dere iniquâ fuisse. Deum eò jussisse
Angelum redire, & hominem in Dei nomine
egredir è Paradiso præcipere. Id fecisse
Angelum ac dixisse: Deus, ut egrediaris, præ-
cepit. Hominem autem jurasse; per DEUM
non egrediar. Rediisse Angelum ad DEUM,
& exposuisse, qvod jure jurando, se nunquam
inde egressurum, homo firmavit. Et re-

spondisse Deum: Omnia voluminavita & actu-
 um ejus revolve, ac diligenter relege, si qvando
 eum jurasse & pejerasse inveneris, hac vice
 ipsum jurasse non valebit; si autem ipsum nun-
 qvam perjurum fuisse observaveris, non po-
 teris eum eripere. Jtaq; Angelum omnia
 volumina excutientem, nec invenientem ta-
 men, cum unqvam pejerasse, dimisisse eum in
 Paradiso. Conf. Zwingerum Volum. V. Lib. IV.
 fol. 1532. & Petrum Alphonsum Lib. I. contra
 Judæos. M. Joh. Sebast. Mitternachtum Dissert.
 XIII. de Paradiso Terrestri non amplius super-
 stite pag. 277. De Mahumedans Autor supra cita-
 tus, Müllerusp. 63. hæc refert: Die Muhameta-
 ner und Türcen geben vor der Paradies wære noch
 vorhanden/ dessen Boden wære gülden/ mit Smarag-
 den und Hiacinten versetzen/ darinnen wären annehm-
 liche lustige Däume/ und flössen durch Däche/ deren er-
 liche Milch/ eiliche Honig/ eiliche den herrlichsten Wein
 führeten. Da esse und trincke man/ und genieße die
 niedlichsten Speisen und Getränke/ man conversir-
 te und ergäzze sich nach Belieben mit den schönsten
 Frauen. Zinner/ und wer vor die Mahomedanische Reli-
 gion im Kriege stürbe/ der Edme gewiß in den Paradies.
 Hunc Paradisum Saraceno-Judaicum Wilhel-
 mus Schikardus in peculiari Disputatione Tu-
 bingæ A. MDCXXV. habitâ refutavit. Infelicior
 autem illis, de quibus fabulatur, quod Paradi-
 sum ingressi fuerint, extirrit Macarius quidam,
 qui cum tribus Monachis Paradisum qvæsiisse,
 eundem qvidem etiam invenisse; ast ingressu-

pro-

prohibitus fuisse, fingitur. Qvatuor itemqve
 Reges, qui, ceu Didacus de Lavega Toletanus
 Concion. super Ev. Dom. Tom. II. p. 365. ex
 Pelbartô tradit, Paradisum terrestrem investi-
 gare tentarint. Qvorum qvidem primus erat
 Xerxes, Rex Persarum famigeratissimus, ve-
 rûm fame usque inediâ præpeditus fuit. Alter
 erat Cambyses, Medorum Tyrannus cuius iter
 interruptum fuit aquarum inundatione, aquis
 palustribus, arenosis & tremulis. Tertius Ale-
 xander fuit, sed hic per calores nimios, zonæq;
 torridæ æstus repulsus fuit. Man meinet auch
 daß der grosse Alexander also nahe zum Paradies
 kommen sey/ daß er die Mauren gar wol besiehen habe
 aber er kam nicht hinein in das Paradies. Doch jes-
 se er sein Zeichen dahin / als ferne er kommen war.
 Sribit Joh. de Montevilla. Quartus denique
 Regum fuit Nero, verum ingressus ipsius præ-
 cisi sunt pariter cum vitâ, etenim semet ipsum
 necavit. Hisqvoque annumerandus est Abbas
 ille Britannus, nomine Brandanns, ut pote qui
 unâ cum XIV. Monachis maria omnia Paradisi
 gratiâ, sed operâ inani, permigravit. Valeant au-
 tem Rabbini, quibuscum & otiosi Monachi
 fígmentis deditissimi. Comentis igitur iplorum
 nostram opponimus sententiam: Paradisum
 nempe terrestrem nullibi amplius superesse, sed
 aquis diluvii esse devastatum. Probatur n. illud ex
 Sacro Codice, qui nullibi Paradisum terrestre ad-
 huic lupere esse expressim docet, sed aquas diluvii
 cooperuisse omnes montes excelsos sub omni

lo. Gen VII. 9. & 19. atque adeò, ut aquæ montibus XV. cubitis fuerint altiores. Tecti quippe sunt montes omnino omnes (quorum mons Ararath omnium celassimus in totò terrarum orbe habetur, teste Bocharto Part. I. Lib. I. Cap. 3.) aquis superfusis, nec ulla eminebat terræ portio, qvæ cataclysmo posuisset obicem, qvin potius loco obstaculi aderat causa promovens, scilicet temporis diuturnitas, ut rectissimè annotat Cl. Dn. M. Hoynovius §. ult. Obixerant infuper aquæ terram per dies 150. Conf. Gen. VII, 24.

§. XXIV. Non immerito qværitur jam de Henocho & Eliâ, ubi locorum translati fuereint? num in Cœlum; an in Paradisum terrestrem? Sententia posterior cum Judæis, tum etiam Pontificiis placet. Ex illorum numero est Manasse Ben Israël, qui Cap. III. Lib. II. de Resurrect. Mort. pag. 136. de Eliâ, cui etiam Henochum sub Capitis finem jungit, diserte scribit: *Integer cum corpore & animâ translatus est in terrestrem Paradisum.* Probat autem illud epistolâ Eliæ post transportationem suam ad Joramum scriptâ, quando ita invehit: *Ex quo colligere est, eum esse in loco corporeò & res humanas terrestres ipsius curae esse.* Quid verò de hâc Epistolâ, quam Genebrardus, qvæ tamen in librô illô Rabbini cō non legitur suis scriptis addidit, sentiendum sit B. Dn. D. Waltherus in Harmoniâ Bibl. in 2. Paralip. XXI, 12. pag. 443. ad amissim demonstravit. Videbis etiam Hacspanii Notas Bibl. Part.

Part. I. pag. 769. Ex Horum numero, nēmpe
 Pontificiorum, est Bellarminus, qui de Grat.
 Prim. Hom. Lib. I, c. 12. p. 17. *Certeum est, inquit,*
Enoch in Cœlestem Paradisum non transiit; *nemo enim inde descendet, ut det Genibus penitentiam.* Sed ubi quæsol manserit Enoch tempore
 Cataclysmi universalis? non nos fugit, Adversarios varia qvarere subterfugia, dicentes: Aqvas
~~ηραντιλυσμα~~ *Paradisum non attigisse. Satis ha-*
berent profecto decem Democriti, quod hic lo-
cí riderent. Sed Laconicá utar brevitate, & quid
hac de re. B. Dn. D. Calovius sentit brevissimis si-
*stam: *Paradisus*, inquit, *non est locus, in quo post la-**
psum, sed ante lapsu homo vivere debuit, nec quibusc
*mundo subiratus, sed qui in hoc mundo *Seculó deguit**
ideo frivolum est communium Papistarum, quod E-
*noch & Elias in *Paradiso* degant postquam translatis*
sunt: Et quomodo Enoch ante diluvium translatus
*in diluvio in *Paradiso* planitatem conservatus esset.*
 Hactenus ille in Commentar. ad Gen. I, 5. pag.
 279. Conf. B. Dn. D. Dorischæus Auct Pentadec.
 Diff. I. de Prophetia Enochi §. 17. & seqq. pag.
 569. Qvibus cum & D. Pfeifferus Decad. Exerc.
 Sacr. Exerc. II. de Henochō Cap. 3. §. 9. & 10.
 pag. 42. & 45. & Dub. Vexat. Cent. I. hoc. XVIII.
 pag. 51. usq; ad 54.

S. XXV. *Quantumvis autem non pauci*
 Pontificiorum indice quasi digitō Paradisum
 monstrare allaborant, attamen multi ipsorum
 sententiae nostræ subscribunt. *Qvos interest*
Cœlestinus à Monte Marsano de Arcan. Script.
Sacr.

Sacr. Lib. I. Observ. VIII. fol. 29. qvi ita loqvitur:
*Quicquid sit, illud certum crediderim, si Par adi sū
 subsistat, subsistere miraculō.* Adde Eugubinum,
 Jansenium, Pererium, Oleastrum, Steuchum,
 Catharinum, Maldonatum, Cornelium à
 Lapide, aliosque. Sunt eqvidem nonnulli,
 qui, qvo minus adiri possit Paradisus, has
 scilicet rationes in medium proferunt (1.)
 obstare montes celsissimós (2.) tractus inter-
 jectos, deniq; (3.) in accessas solitudines; sed
 hanc sententiam sunt probaturi, quando

Ante leves altō pascentur in æthere Cervi.

Verissima igitur causa, ob qvam hodie Paradi-
 sum lustrare non detur, est isthæc: frustra id
 qværi, qvòd diluvio periit. Conferatur B. Dn.
 D. Brochmandus Tom. I Syst. Theol. de Hom.
 Primō Cap. III. Qv. III. p. 323..

§. XXVI. Atq; ita Paradisoscopiæ Colo-
 phonem impónimus. Reliquum est, ut Deo
 T. O. M. omnium bonorum Autori, Conser-
 vatori & Gubernatori debitas ex intimō
 pectore agamus gratias, Qvicquid
 enim boni habemus,

*Tu ados est optime grata
 Deus, hinc Tibi Gloria Soli.*





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rostdok/ppn746628412/phys_0109](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn746628412/phys_0109)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746628412/phys_0110](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746628412/phys_0110)

DFG






DIATRIBE DE F

ci illud *a fine 7. anno*
lerunt, postquam sex a
plete. Eadem procul
ratio, licet ista expli
addita. Illustrari quo
Deut. 31: 10. ubi dic
□*w a fine septem ann*
to legem hanc coram tote
notavit Abarbenel, a
co legendam fuisse lege
ab omnibus occupati
tione, satione, messe
agriculturæ laboribus
& in festo Tabernacu
tunc omnes proventu
anni erant collecti, q
ante collectionem solici
tur; & lectionem an
fuisse initio anni Sab
jubente מכב שבע
annorum. Vide Bab.

XV. Nonnulli pu
sionem debitorum non
tuam, sed pro illo i
duntaxat exactio
sam, debito manente

B b 4



the scale towards document